Ἡ ΤΟΥ

ἩΡΟΔΟΤΟΥ

ἉΛΙΚΑΡΝΑΣΣΕΩΣ

ἹΣΤΟΡΙΑ.

HERODOTI

HALICARNASSENSIS

HISTORIA.

EX EDITIONE JACOBI GRONOVII;

TOMIS NOVEM.

COELATUMQUE NOVEM MUSIS OPUS. HOR.

ADJECTUS EST, EX EADEM EDITIONE, LIBER DE VITA HOMERI; VULGO SED FALSO, ADSCRIPTUS HERODOTO.

TOM. III.

GLASGUAE:
IN AEDIBUS ACADEMICIS
EXCUDEBANT ROBERTUS ET ANDREAS FOULIS
ACADEMIAE TYPOGRAPHI
MDCCLXI.

ΤΩΝ ΤΟΥ

ἩΡΟΔΟΤΟΥ

ἹΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΡΙΤΗ,

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ

ΘΑΛΕΙΑ.

HERODOTI

HISTORIARUM

LIBER TERTIUS,

QUI INSCRIBITUR

THALIA.

ΤΩΝ ΤΟΥ

ΗΡΟΔΟΤΟΥ

ἹΣΤΟΡΙΩΝ

ΤΡΙΤΗ,

ΕΠΙΓΡΑΦΟΜΕΝΗ

ΘΑΛΕΙΑ.

ΕΠΙ τοῦτον δὴ τὸν Ἄμασιν Καμβύσης ὁ Κύρου ἐστρατεύετο, ἄγων καὶ ἄλλους τῶν ἦρχε, καὶ Ἑλλήνων Ἴωνάς τε καὶ Αἰολέας, δι' αἰτίην τοιήνδε. Πέμψας Καμβύσης ἐς Αἴγυπτον κήρυκα, αἴτεε Ἄμασιν θυγατέρα. αἴτεε δὲ ἐκ βουλῆς ἀνδρὸς Αἰγυπτίου, ὃς μεμφόμενος Ἄμασιν, ἔπρηξε ταῦτα, ὅτι μιν ἐξ ἁπάντων τῶν ἐν Αἰγύπτῳ ἰητρῶν ἀποσπάσας ἀπὸ γυναικός τε καὶ τέκνων, ἔκδοτον ἐποίησε ἐς Πέρσας, ὅτε Κῦρος πέμψας παρὰ Ἄμασιν αἴτεε ἰητρὸν ὀφθαλμῶν, ὃς εἴη ἄριστος τῶν ἐν Αἰγύπτῳ.

HERODOTI

HISTORIARUM

LIBER TERTIUS,

QUI INSCRIBITUR

THALIA.

ADVERSUS hunc Amaſin CAMBYSES Cyri filius, comparato cum ex aliis quibus imperabat, tum ex Graecis Ionibus Aeolenſibuſque exercitu, bellum movit ob hanc cauſſam. Miſſo in Aegyptum legato, Cambyſes petiit ab Amaſi filiam; et petiit conſilio cujuſdam Aegyptii, qui Amaſi erat infenſus, quod ſe potiſſimum ex omnibus Aegypti medicis Amaſis ab uxore et liberis abſtraxiſſet, amandando in Perſas, quo tempore Cyrus ad Amaſin miſerat petitum ocularium medicum, omnium qui in Aegypto eſſent praeſtantiſſi-

mum. Ob id infenſus Amaſi ille Aegyptius, inſtitit ſuadere Cambyſi ut ab Amaſi filiam peteret; ut ille aut moerore afficeretur data filia, aut non data, Cambyſi redderetur inviſus. Amaſis Perſarum potentiam exoſus horrenſque eam nec dare audebat, nec abnuere. nam Cambyſen intelligebat non habiturum illam uxoris loco, ſed pellicis. Haec reputans, ita ſibi faciendum ſtatuit. Erat Apriae ſuperioris regis filia, nomine Nitetis, unica domi relicta, grandis admodum atque ſpecioſa. Hanc puellam Amaſis veſtitu pariter et auro exornatam, pro ſua filia in Perſas dimittit. Quam quum poſt aliquantum tempus Cambyſes ſalutaſſet filiam Amaſis appellans, ipſa ad eum, 'Rem, 'inquit, rex, ignoras, ab Amaſi eluſus, 'qui me ornatu comptam tibi tranſmiſit, 'tradens pro ſua filia, quum revera ſim

ταῦτα δὴ ἐπιμεμφόμενος ὁ Αἰγύπτιος, ἐνῆγε τῇ συμβουλῇ [a], κελεύων αἰτέειν τὸν Καμβύσεα Ἀμασιν θυγατέρα· ἵνα ἢ δοὺς ἀνιῷτο, ἢ μὴ δοὺς, Καμβύσῃ ἀπέχθοιτο. ὁ δὲ Ἀμασις τῇ δυνάμει τῶν Περσέων ἀχθόμενος ϗ ἀῤῥωδέων, οὐκ εἶχε οὔτε δοῦναι οὔτε ἀρνήσασθαι. εὖ γὰρ ἠπίστατο ὅτι οὐχ ὡς γυναῖκά μιν ἔμελλε Καμβύσης ἕξειν, ἀλλ᾽ ὡς παλλακήν. ταῦτα δὴ ἐκλογιζόμενος, ἐποίησε τάδε [b]· ἦν Ἀπρίεω τοῦ προτέρου βασιλέος θυγάτηρ κάρτα μεγάλη τε ϗ εὐειδὴς, μούνη τοῦ οἴκου λελειμμένη. οὔνομα δέ οἱ ἦν Νίτητις. ταύτην δὴ τὴν παῖδα ὁ Ἀμασις κοσμήσας ἐσθῆτί τε ϗ [c] χρυσῷ, ἀποπέμπει ἐς Πέρσας ὡς ἑωϋτοῦ θυγατέρα. μετὰ δὲ χρόνον ὥς μιν ἠσπάζετο, πατρόθεν οὐνομάζων, λέγει πρὸς αὐτὸν ἡ παῖς, ‘ Ὦ βασιλεῦ, διαβεβλημέ‘ νος ὑπὸ Ἀμάσιος οὐ μανθάνεις, ὃς ἐμέ σοι ‘ κόσμῳ ἀσκήσας ἀπέπεμψε, ὡς ἑωϋτοῦ ‘ θυγατέρα διδοὺς, ἐοῦσαν τῇ ἀληθηίῃ Α-

[a] συμβουλίῃ. [b] ἐποίησε ταῦτα. [c] ἐσθῆτι ζ.

« πρίεω· τὸν ἐκεῖνος ἐόντα ἑωϋτȣ̃ δεσπό-
« τεα, μετ' Αἰγυπτίων ἐπαναςὰς ἐφό-
« νευσε.' τοῦτο δὴ τὸ ἔπος ϗ αὕτη ἡ αἰτίη ἐγγινομένη ἤγαγε Καμβύσεα τὸν Κύρȣ, μεγάλως θυμωθέντα, ἐπ' Αἴγυπτον. ȣ̔́τω μέν νυν λέγȣσι Πέρσαι.

β'. Αἰγύπτιοι δὲ οἰκειεῦνται Καμβύσεα· φάμενοί μιν ἐκ ταύτης δὴ τῆς Απρίεω θυγατρὸς γενέσθαι· Κῦρον γὰρ εἶναι τὸν πέμψαντα παρὰ Αμασιν ἐπὶ τὴν θυγατέρα, ἀλλ' ȣ̓ Καμβύσεα. λέγοντες δὲ ταῦτα, ȣ̓κ ὀρθῶς λέγȣσι. οὐ μὴν οὐδὲ λέληθε αὐτȣ̀ς (εἰ γάρ τινες καὶ ἄλλοι, τὰ Περσέων νόμιμα ὀρθῶς ἐπιςέαται καὶ Αἰγύπτιοι) ὅτι πρῶτα μὲν νόθον οὔ σφι νόμος ἐςὶ βασιλεῦσαι, γνησίȣ παρεόντος· αὖθις δὲ, ὅτι Κασσανδάνης [a] τῆς Φαρνάσπεω θυγατρὸς ἦν παῖς Καμβύσης, ἀνδρὸς Αχαιμενίδεω, ἀλλ' οὐκ ἐκ τῆς Αἰγυπτίης. ἀλλὰ παρατρέπȣσι τὸν λόγον, προσποιεύμενοι τῇ Κύρου οἰκίῃ συγγενέες εἶ-

[a] Κασανδάνης, sed MS. semper geminat literam tertiam.

' Apriae filia, quem ille dominum ſuum ' cum Aegyptiis rebellans interemit.' Hic ſermo et haec cauſſa exorta Cambyſen Cyri filium vehementer indignatum impulit adverſus Aegyptum. Atque ita quidem memorant Perſae.

2. Aegyptii autem Cambyſen ſuum vendicant aſſeverantes ex hac Apriae filia illum eſſe genitum: Cyrum enim fuiſſe qui ad Amaſin miſerit ſuper filia, non Cambyſen. Quod quum dicunt, non recte dicunt. Equidem eos hoc non latet (nam ſiqui alii, profecto et Aegyptii recte norunt mores Perſarum) apud eos primo vetari lege ſpurium regnare, ſi adſit legitimus. Praeterea Caſſandanes filius erat Cambyſes, Pharnaſpe viro Achaemenida genitae, non mulieris Aegyptiae. Sed Aegyptii hiſtoriam invertunt, fingentes ſibi cum Cyri familia intercedere cognatio-

nem. et haec quidem ita habent.

3. Ceterum ille etiam ſermo jactatur, mihi quidem non probabilis; mulierem quandam Perſidem ad uxores Cyri introgreſſam, quum liberos Caſſandanae aſſiſtentes forma ac ſtatura egregia conſpicaretur, ſupra modum admirabundam magnis tuliſſe illam laudibus: eique Caſſandanen Cyri uxorem ita dixiſſe, 'Me, 'quae talium filiorum ſum mater, Cyrus 'contemptui habet, illam vero ex Aegy'pto adquiſitam aeſtimat.' At illam infenſam Niteti iſta dixiſſe: et majore natu filium Cambyſen ei ſubjeciſſe, 'Ego 'vero, mater, quum in virilem aetatem 'adolevero, ſumma Aegypti reddam ima, 'et ima, ſumma:' eaque dixiſſe ipſum circiter decem natum annos, admirantibus mulieribus. Et quum in virilem adoleviſſet aetatem, et regnum obtinuiſſet, hujus rei memorem, Aegypto bellum intuliſſe.

ναι. καὶ ταῦτα μὲν ὧδε ἔχει.

γ'. Λέγεται δὲ ϗ ὧδε λόγος, ἐμοὶ μὲν οὐ πιθανός· ὡς τῶν Περσίδων γυναικῶν εἰσελθοῦσά τις [b] παρὰ τὰς Κύρου γυναῖκας, ὡς εἶδε τῇ Κασσανδάνῃ παρεστεῶτα τέκνα εὐειδέα τε ϗ μεγάλα, πολλῷ ἐχρᾶτο τῷ ἐπαίνῳ, ὑπερθωϋμάζουσα. ἡ δὲ Κασσανδάνη, ἐοῦσα τοῦ Κύρου γυνὴ, εἶπε τάδε· ' Τοιῶνδε μέντοι ἐμὲ παίδων μητέρα ἐοῦ-' σαν Κῦρος ἐν ἀτιμίῃ ἔχει· τὴν δ' ἀπ' ' Αἰγύπτου ἐπίκτητον ἐν τιμῇ τίθεται.' τὴν μὲν ἀχθομένην τῇ Νιτήτι εἰπεῖν ταῦτα. τῶν δὲ οἱ παίδων τὸν πρεσβύτερον εἰπεῖν Καμβύσεα, ' Τοιγάρ τοι, ὦ μῆτερ [c], ἐπε-' ὰν ἐγὼ γένωμαι ἀνὴρ, Αἰγύπτου τὰ μὲν ' ἄνω, κάτω θήσω· τὰ δὲ κάτω, ἄνω.' ταῦτα εἰπεῖν αὐτὸν ἔτεα ὡς δέκα κου γεγονότα, καὶ τὰς γυναῖκας ἐν θωΰματι γενέσθαι· τὸν δὲ, διαμνημονεύοντα, οὕτω δὴ, ἐπεί τε ἀνδρώθη, ϗ ἔσχε τὴν βασιληΐην, ποιήσασθαι τὴν ἐπ' Αἴγυπτον στρατιήν.

[b] ἰσελθοῦσά τις. [c] τοιγάρ, ὦ μῆτερ.

δ΄. Συνήνεικε δὲ καὶ ἄλλό τι τοιόνδε πρῆγμα γενέσθαι ἐς τὴν ἐπιστράτευσιν [d] ταύτην. ἦν τῶν ἐπικούρων Ἀμάσιος ἀνὴρ γένος μὲν Ἁλικαρνησσεὺς, οὔνομα δέ οἱ Φάνης, καὶ γνώμην ἱκανὸς, καὶ τὰ πολεμικὰ [e] ἄλκιμος. οὗτος ὁ Φάνης μεμφόμενός κου τι Ἀμάσι, ἐκδιδρήσκει πλοίῳ ἐξ Αἰγύπτου, βουλόμενος Καμβύσῃ ἐλθεῖν ἐς λόγους. οἷα δὲ ἐόντα αὐτὸν ἐν τοῖσι ἐπικούροισι λόγου οὐ μικροῦ, ἐπιστάμενόν τε τὰ περὶ Αἴγυπτον ἀτρεκέστατα, μεταδιώκει ὁ Ἄμασις σπουδὴν ποιεύμενος ἑλεῖν. μεταδιώκει δὲ, τῶν εὐνούχων τὸν πιστότατον ἀποστείλας τριήρεϊ [f] κατ᾽ αὐτὸν, ὃς αἱρέει μιν ἐν Λυκίῃ, ἑλὼν δὲ, οὐκ ἀνήγαγε ἐς Αἴγυπτον· σοφίῃ γάρ μιν περιῆλθε ὁ Φάνης. καταμεθύσας γὰρ τοὺς φυλάκους, ἀπαλλάσσετο ἐς Πέρσας. ὡρμημένῳ δὲ Καμβύσῃ στρατεύεσθαι ἐπ᾽ Αἴγυπτον, καὶ ἀπορέοντι τὴν ἔλασιν ὅκως τὴν ἄνυδρον διεκπερᾷ, ἐπελθὼν φράζει μὲν καὶ τἄλλα τὰ Ἀμάσιος πρήγματα· ἐξηγέε-

[d] τὴν στράτευσιν. [e] πολέμια. [f] τριήρεα.

4. Acceſſit huc et aliud quiddam, ad hanc ſumendam expeditionem. Erat quidam auxiliariorum Amaſis, nomine Phanes, genere Halicarnaſſenſis, vir conſilio praeſtans, et in re bellica ſtrenuus. hic Phanes neſcio quid Amaſi ſuccenſens, navigio profugit ex Aegypto, volens in colloquium venire Cambyſis. Eum Amaſis (quod inter auxiliares non parvi momenti eſſet, quodque de rebus Aegypti nihil non compertiſſimum haberet) inſequi ſtatuit, adhibita diligentia aſſequendi. Itaque ad hominem inſequendum mittit cum triremi eunuchorum fidiſſimum, qui Phanem aſſequutus in Lycia cepit, ſed ne ſic quidem reduxit in Aegyptum; aſtu enim illum circumvenit Phanes. Nam poſtquam inebriaverat cuſtodes, abiit in Perſas, Cambyſemque molientem adverſus Aegyptum expeditionem,et quo pacto carentia aquis loca tranſmitteret ambigentem, adiit; eique cum alias Amaſis res

exposuit, tum vero quae ad transmittendum pertinebant, suadens, ad regem Arabum mitteret oratum ut sibi tutum praeberet transitum.

5. Hâc enim duntaxat patet ingressus in Aegyptum. Nam a Phoenice usque ad montes Cadytis, urbis Syrorum, qui Palaestini vocantur: ab urbe Cadyti, non multo minore, ut mea fert opinio, quam Sardes, ab hac, inquam, emporia ab mari usque ad urbem Ienysum Arabicae ditionis sunt. Ab urbe Ienyso rursus Syriacae, usque ad paludem Serbonidem, juxta quam Casius mons pertinet ad mare. A Serbonide palude in qua Typho fertur occultatus, ab illa plane Aegyptus est. Hoc tamen intercapedinis quod est inter urbem Ienysum et montem Casium et paludem Serbonidem, non exiguus tractus est, sed itineris instar trium dierum, vehementer aridus.

ται δὲ καὶ τὴν ἔλασιν, ὧδε παραινέων· πέμψαντα παρὰ τὸν Αραβίων βασιλέα δέεσθαι, τὴν διέξοδόν οἱ ἀσφαλέα παρασχεῖν.

έ. Μούνη δὲ ταύτη εἰσὶ φανεραὶ ἐσβολαὶ ἐς Αἴγυπτον. ἀπὸ γὰρ Φοινίκης μέχρι οὔρων τῶν Καδύτιος πόλιος, ἥ ἐστι Σύρων [a] τῶν Παλαιστινῶν καλεομένων· ἀπὸ δὲ Καδύτιος, ἐούσης πόλιος, ὡς ἐμοὶ δοκέει, Σαρδίων οὐ πολλῷ ἐλάσσονος· ἀπὸ ταύτης τὰ ἐμπόρια τὰ ἀπὸ θαλάσσης [b] μέχρι Ἰηνύσου πόλιός ἐστι τῆς Αραβίου· ἀπὸ δὲ Ἰηνύσου, αὖτις Σύρων [c] μέχρι Σερβωνίδος λίμνης, παρ᾽ ἣν δὴ τὸ Κάσιον ὄρος τείνει ἐς θάλασσαν. ἀπὸ δὲ Σερβωνίδος λίμνης, ἐν τῇ δὴ λόγος τὸν Τυφῶ κεκρύφθαι, ἀπὸ ταύτης δὴ [d] Αἴγυπτος. τὸ δὴ μεταξὺ Ἰηνύσου πόλιος, καὶ Κασίου τε οὔρεος καὶ τῆς Σερβωνίδος λίμνης, ἐὸν τοῦτο οὐκ ὀλίγον χωρίον. ἀλλ᾽ ὅσον τε ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας ὁδὸν, ἄνυδρόν ἐστι δεινῶς.

[a] Συρίων. [b] τὰ ἐπὶ θαλάσσης. [c] Συρίων. [d] ταύτης ἤδη.

ς΄. Τὸ δὲ ὀλίγοι τῶν ἐς Αἴγυπτον ναυτιλλομένων ἐννενώκασι, τοῦτο ἔρχομαι φράσων. ἐς Αἴγυπτον ἐκ τῆς Ἑλλάδος πάσης, καὶ πρὸς ἐκ Φοινίκης [c], κέραμος ἐσάγεται πλήρης οἴνου δὶς τοῦ ἔτεος ἑκάστου. καὶ ἓν κεράμιον οἰνηρὸν ἀριθμῷ κείμενον οὐκ ἔστι, ὡς λόγῳ εἰπεῖν, ἰδέσθαι [f]. κοῦ δῆτα (εἴποι τις ἂν) ταῦτα ἀναισιμοῦται [g]; ἐγὼ καὶ τοῦτο φράσω. δεῖ τὸν μὲν δήμαρχον ἕκαστον συλλέξαντα ἐκ τῆς ἑωϋτοῦ πόλιος πάντα τὸν κέραμον, ἄγειν ἐς Μέμφιν· τοὺς δὲ ἐκ Μέμφιος ἐς ταῦτα δὴ τὰ ἄνυδρα τῆς Συρίης κομίζειν, πλήσαντας ὕδατος. οὕτω ὁ ἐπιφοιτέων κέραμος, καὶ ἐξαιρεόμενος ἐν Αἰγύπτῳ ἐπὶ τὸν παλαιὸν [h] κομίζεται ἐς Συρίην.

ζ΄. Οὕτω μέν νυν Πέρσαι εἰσὶ οἱ τὴν ἐσβολὴν ταύτην παρασκευάσαντες ἐπ᾽ Αἴγυπτον [i], κατὰ δὴ τὰ εἰρημένα ἕλξαντες ὕδατι, ἐπεί τε τάχιστα παρέλαβον Αἴγυ-

[c] Φοινίκων. [f] εἰδέσθαι. [g] ἀναισιμοῦνται. [h] τῶν παλαιῶν. [i] ἐς Αἴγυπτον.

6. Verum quod pauci eorum qui in Aegyptum navigant, notum habent, hoc dicere institui. Ex omni Graecia, et praeterea ex Phoenice, portatur in Aegyptum bis quotannis testa vini plena: et tamen ibi ne unum quidem numero (ut vere dicam) dolium vinarium aspici jacens potest. Ubinam ergo (dicat aliquis) haec vasa consumuntur? hoc quoque ego depromam. Praefectus populi necesse habet ex sua quisque urbe colligere vasa testacea omnia, quae Memphin portentur: eadem incolae Memphis aquae referta portare in haec arida Syriae loca. Ita testa adveniens et exempta in Aegypto, ad veterem in Syriam portatur.

7. Atque hoc modo Persae usi fuerunt in hoc ingressu contra Aegyptum aqua apparando, prout dixi, quum ex ratione, quae narrata est, traxissent, simul-

atque Aegypto potiti ſunt. Sed tunc, quum alicubi parata aqua non eſſet, Cambyſes, audito hoſpitis Halicarnaſſenſis conſilio, miſſis ad regem Arabum nunciis tutum iter precatus, obtinuit, data acceptaque ab eo fide.

8. Servant autem fidem Arabes inter homines ut qui maxime, quam hunc in modum paciſcuntur: Quoties foedus inire volunt, alius vir medius inter utroſque ſtans, acuto lapide ſecat volam juxta majores digitos eorum qui foedus ineunt. Deinde ſumpto flocco ex utriuſque veſtimento, inungit eo ſanguine ſeptem lapides in medio poſitos, inter inungendum invocans Bacchum et Uraniam. Hoc per iſtum acto, is qui facit foedus, amicis vadatur hoſpitem aut etiam civem, ſi cum cive res agitur. Amici vero et ipſi fidem colere juſtum cenſent. Bacchum unum

πλον· τότε δὲ ὐκ ἐόντος κω ὕδατος ἑτοίμυ, Καμβύσης πυθόμενος τοῦ Ἁλικαρνασσῆος ξείνυ, πέμψας παρὰ τὸν Ἀράβιον ἀγγέλυς, καὶ δεηθεὶς τῆς ἀσφαλείης ἔτυχε, πίστις δὺς τε καὶ δεξάμενος παρ' αὐτῦ.

η'. Σέβονται δὲ Ἀράβιοι πίστις ἀνθρώπων ὁμοῖα τοῖσι μάλιστα. ποιεῦνται δὲ αὐτὰς τρόπῳ τοιῷδε· τῶν βουλομένων τὰ πιστὰ ποιέεσθαι, ἄλλος ἀνὴρ ἀμφοτέρων αὐτῶν ἐν μέσῳ ἑστεὼς, λίθῳ ὀξέϊ τὸ ἔσω τῶν χειρῶν παρὰ τὺς δακτύλυς τὺς μεγάλυς ἐπιτάμνει τῶν ποιευμένων τὰς πίστις· καὶ ἔπειτα λαβὼν ἐκ τῦ ἱματίυ ἑκατέρυ κροκύδα [a], ἀλείφει τῷ αἵματι ἐν μέσῳ κειμένυς λίθυς ἑπτά. τῦτο δὲ ποιέων, ἐπικαλέει τόν τε Διόνυσον καὶ τὴν Οὐρανίην. ἐπιτελέσαντος [b] δὲ τύτυ ταῦτα, ὁ τὰς πίστις ποιησάμενος τοῖσι φίλοισι παρεγγυᾷ τὸν ξεῖνον, ἢ καὶ τὸν ἀστὸν, ἢν πρὸς ἀστὸν ποιέηται. οἱ δὲ φίλοι, καὶ αὐτοὶ τὰς πίστις δικαιεῦσι σέβεσθαι. Διόνυσον δὲ θεὸν

[a] κροκύνη. [b] ἐπικαλέσαντος.

μοῦνον καὶ τὴν Οὐρανίην ἡγέονται εἶναι· καὶ τῶν τριχῶν τὴν κουρὴν κείρεσθαι φασὶ, κατάπερ αὐτὸν τὸν Διόνυσον κεκάρθαι. κείρονται δὲ ὑποτρόχαλα, περιξυροῦντες τοὺς κροτάφους. ὀνομάζουσι δὲ τὸν μὲν Διόνυσον, Οὐροτάλτ· τὴν δὲ Οὐρανίην, Αλιλάτ.

θ΄. Επεὶ ὦν τὴν πίστιν τοῖσι ἀγγέλοισι τοῖσι παρὰ Καμβύσεω ἀπιγμένοισι ἐποιήσατο ὁ Αράβιος, ἐμηχανᾶτο τοιάδε· ἀσκοὺς καμήλων πλήσας ὕδατος, ἐπέσαξε ἐπὶ τὰς ζωὰς τῶν καμήλων πάσας· τοῦτο δὲ ποιήσας, ἤλασε ἐς τὴν ἄνυδρον, καὶ ὑπέμεινε ἐνθαῦτα τὸν Καμβύσεω στρατόν. οὗτος μὲν ὁ πιθανώτερος τῶν λόγων εἴρηται. δεῖ δὲ καὶ τὸν ἧσσον πιθανὸν, ἐπεί γε δὴ λέγεται, ῥηθῆναι. ποταμός ἐστι μέγας ἐν τῇ Αραβίῃ, τῷ οὔνομα Κόρυς· ἐκδιδοῖ δὲ οὗτος ἐς τὴν Ερυθρὴν καλεομένην θάλασσαν. ἀπὸ τούτου δὴ ὦν τοῦ ποταμοῦ λέγεται τὸν βασιλέα τῶν Αραβίων, ἀψάμενον τῶν ὠμοβοέων [c] καὶ τῶν ἄλλων δερμάτων

[c] ῥαψάμενον ὠμοβοέων.

Deum, et Uraniam esse arbitrantur. Et capillorum tonsuram tonderi dicunt, quemadmodum Bacchum ipsum tonsum fuisse. tondentur autem in rotundum tempora subradentes. Appellant vero Bacchum quidem Urotalt, Uraniam Alilat.

9. Igitur postquam foedus cum nunciis a Cambyse missis iniit Arabs, talem rem commentus est: camelos omnes posteaquam utribus camelinis aqua completis oneravit, egitque ad loca humore carentia, ibi Cambysis exercitum opperiebatur. Et iis quae narrantur, hoc quod dixi propius fidem est; tamen id quoque quod minus credibile est, quandoquidem refertur, commemorare debeo. Est magnum in Arabia flumen nomine Corys, exiens in mare quod dicitur Rubrum: ab hoc flumine fertur Arabum rex canalem ex bovinis aliisque crudis coriis aptatum,

tanta longitudine produxisse, ut ad loca arida per illa aquam produceret: inque ipso arido solo ingentes cisternas fodisse, quibus recepta aqua servaretur: et quum sit a flumine ad hanc aridam duodecim dierum via, per canales in tres regiones aquam ducere.

10. Ceterum apud Nili ostium quod dicitur Pelusium bellabat PSAMMENITUS Amasis filius, Cambysem opperiens. Nam Amasin Cambyses in Aegyptum progressus vivum nactus non est, sed defunctum, quum quatuor et quadraginta annis regnasset: per quos nihil admodum magnae calamitatis est expertus. defunctusque et conditus sepultus fuit in sepulchris in templo quae ipse aedificaverat. Sub ejus autem filio Psammenito jam regnante maximum extitit Aegyptiis portentum: Apud Thebas Aegyptias (quod neque prius unquam neque postea ad me-

ὀχετὸν μήκεϊ ἐξικνεύμενον ἐς τὴν ἄνυδρον, ἀγαγεῖν διὰ δὴ τούτων τὸ ὕδωρ. ἐν δὲ τῇ ἀνύδρῳ μεγάλας δεξαμενὰς ὀρύξασθαι, ἵνα δεκόμεναι τὸ ὕδωρ σώζωσι. ὁδὸς δ' ἐστι δυώδεκα ἡμερέων ἀπὸ τοῦ ποταμοῦ ἐς ταύτην τὴν ἄνυδρον. ἄγειν δέ μιν διὰ ὀχετῶν ἐς [d] τριξὰ χωρία.

ι΄. Ἐν δὲ τῷ Πηλουσίῳ καλεομένῳ στόματι τοῦ Νείλου ἐστρατεύετο [e] Ψαμμήνιτος ὁ Ἀμάσιος παῖς, ὑπομένων Καμβύσεα. Ἄμασιν γὰρ οὐ κατέλαβε ζῶντα Καμβύσης ἐλάσας ἐπ' Αἴγυπτον. ἀλλὰ βασιλεύσας ὁ Ἄμασις τέσσερα καὶ τεσσεράκοντα ἔτεα, ἀπέθανεν. ἐν τοῖσι οὐδὲν οἱ μέγα ἀνάρσιον [f] πρῆγμα συνενείχθη. ἀποθανὼν δὲ, καὶ ταριχευθεὶς, ἐτάφη ἐν τῇσι ταφῇσι τῇσι ἐν τῷ ἱρῷ, τὰς αὐτὸς οἰκοδομήσατο. ἐπὶ Ψαμμηνίτου δὲ τοῦ Ἀμάσιος βασιλεύσαντος Αἰγύπτου, φάσμα Αἰγυπτίοισι μέγιστον δὴ ἐγενέτο. ὕσθησαν γὰρ Θῆβαι αἱ Αἰγύπτιαι, οὔτε πρότερον οὐδαμᾶ ὑσθεῖσαι, οὔτε

[d] ὀχετῶν τριῶν ἐς. [e] ἐστρατοπεδεύετο. [f] οἱ ἀνάρσιον.

ὕστερον τομέχρι ἐμεῦ, ὡς λέγουσι αὐτοὶ Θηβαῖοι. οὐ γὰρ δὴ ὕεται τὰ ἄνω τῆς Αἰγύπτου τοπαράπαν· ἀλλὰ καὶ τότε ὑσθησαν αἱ Θῆβαι ψακάδι [a].

ια΄. Οἱ δὲ Πέρσαι, ἐπεί τε διεξελάσαντες τὴν ἄνυδρον, ἵζοντο πέλας τῶν Αἰγυπτίων, ὡς συμβαλέοντες, ἐνθαῦτα οἱ ἐπίκουροι οἱ τοῦ Αἰγυπτίου, ἐόντες ἄνδρες Ἕλληνές τε καὶ Κᾶρες, μεμφόμενοι τῷ Φάνῃ ὅτι στρατὸν ἤγαγε ἐπ᾽ Αἴγυπτον ἀλλόθροον, μηχανῶνται πρῆγμα ἐς αὐτὸν τοιόνδε· ἦσαν τῷ Φάνῃ παῖδες ἐν Αἰγύπτῳ καταλελειμμένοι· τοὺς ἀγαγόντες ἐς τὸ στρατόπεδον, καὶ ἐς ὄψιν τοῦ πατρὸς, κρητῆρα ἐν μέσῳ ἔστησαν ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων· μετὰ δὲ, ἀγινέοντες κατὰ ἕνα ἕκαστον τῶν παίδων, ἔσφαζον ἐς τὸν κρητῆρα. διὰ πάντων δὲ διεξελθόντες τῶν παίδων, οἶνόν τε καὶ ὕδωρ ἐσεφόρεον ἐς αὐτόν. ἐμπιόντες δὲ τοῦ αἵματος πάντες οἱ ἐπίκουροι, οὕτω δὴ συνέβαλον. μάχης δὲ γενομένης

[a] ψεκάσι.

am uſque aetatem contigit, ut ipſi Thebani ajunt) pluit. Nam ſuperiora Aegypti penitus pluviam non ſentiunt. attamen Thebis tunc pluit guttis.

11. Perſae porro ubi ſiccâ tranſmiſsâ ſubſedere vicini Aegyptiis, tanquam congreſſuri; Ibi Aegyptiorum auxiliatores Graeci et Cares, Phani qui externum exercitum in Aegyptum adduxiſſet, exprobrantes hoc rei in illum ſunt machinati: Filios qui erant a Phane relicti in Aegypto, in caſtra perduxerunt, atque in conſpectum patris, poſitoque in medio duorum exercituum cratere; dehinc productos ſingulos puerorum ſuper craterem obtruncaverunt. Omnibus interfectis, vinum et aquam in craterem intulerunt: hunc ſanguinem quum bibiſſent omnes auxiliatores, ita conflixerunt. A-

cri proelio commiſſo, perquam multis utrinque cadentibus, in fugam vertuntur Aegyptii.

12. Ibi ego rem mirandam vidi, ab indigenis edoctus: Oſſa utrorumque qui in acie iſta ceciderunt, quum ſeorſum jacerent circumfuſa, ut ab initio diſtincta fuerant, ſeorſum erant Perſarum, aliorſum Aegyptiorum: ſed Perſarum capita adeo fragilia ſunt, ut ſi velis ferire vel ſolo calculo, perforare poſſis: Aegyptiorum autem ita firma, ea vix ictu lapidis perfringes. Cujus rei cauſſam hanc illi reddebant, facile mihi perſuadentes, quod Aegyptii ſtatim a pueris radere capita incipiunt, et os ad ſolem redditur compactum. Quae eadem cauſſa eſt non calveſcendi. nam ex omnibus hominibus pauciſſimos quis Aegyptios calvos vide-

καρτερῆς, καὶ πεσόντων ἐξ ἀμφοτέρων τῶν στρατοπέδων πλήθεϊ πολλῶν, ἐτράποντο οἱ Αἰγύπτιοι.

ιβʹ. Θῶϋμα δὲ μέγα εἶδον πυθόμενος παρὰ τῶν ἐπιχωρίων. τῶν γὰρ ὀστέων περικεχυμένων χωρὶς ἑκατέρων τῶν ἐν τῇ μάχῃ ταύτῃ πεσόντων· (χωρὶς μὲν γὰρ τῶν Περσέων ἐκέετο τὰ ὀστέα, ὡς ἐχωρίσθη κατ' ἀρχὰς, ἑτέρωθι δὲ, τῶν Αἰγυπτίων) αἱ μὲν τῶν Περσέων κεφαλαὶ εἰσι ἀσθενέες οὕτω, ὥστε εἰ θέλεις ψήφῳ μούνῃ βαλέειν, διατετρανέεις· αἱ δὲ τῶν Αἰγυπτίων, οὕτω δή τι ἰσχυραὶ, μόγις [b] ἂν λίθῳ παίσας διαῤῥήξεις [c]. αἴτιον δὲ τούτου τόδε ἔλεγον (καὶ ἐμέ γ' εὐπετέως ἔπειθον) ὅτι Αἰγύπτιοι μὲν, αὐτίκα ἀπὸ παιδίων ἀρξάμενοι, ξυρεῦνται τὰς κεφαλὰς, καὶ πρὸς τὸν ἥλιον παχύνεται τὸ ὀστέον. τὠϋτὸ δὲ τοῦτο καὶ τοῦ μὴ φαλακροῦσθαι αἴτιόν ἐστι. Αἰγυπτίων γὰρ ἄν τις ἐλαχίστους ἴδοιτο φαλακροὺς πάντων ἀνθρώπων. τού-

[b] ἰσχυραὶ, ὡς μόγις. [c] διαῤῥήξειας.

τοισι μὲν δὴ τοῦτό ἐστι αἴτιον ἰσχυρὰς φορέειν τὰς κεφαλάς. τοῖσι δὲ Πέρσησι ὅτι ἀσθενέας φορέουσι τὰς κεφαλὰς, αἴτιον [d] τόδε· σκιητροφέουσι ἐξ ἀρχῆς, πίλους τιάρας φορέοντες [e]. ταῦτα μέν νυν τοιαῦτα. εἶδον δὲ καὶ ἄλλα ὁμοῖα τούτοισι ἐν Παπρήμι, τῶν ἅμα Ἀχαιμένει τῷ Δαρείου διαφθαρέντων ὑπὸ Ινάρω τοῦ Λίβυος.

ιγ΄. Οἱ δὲ Αἰγύπτιοι ἐκ τῆς μάχης ὡς ἐτράποντο, ἔφευγον οὐδενὶ κόσμῳ. κατειληθέντων δὲ ἐς Μέμφιν, ἔπεμπε ἀνὰ ποταμὸν Καμβύσης νέα Μιτυληναίην κήρυκα ἄγουσαν ἄνδρα Πέρσην, ἐς ὁμολογίην προκαλεόμενος Αἰγυπτίους. οἱ δὲ, ἐπεί τε τὴν νέα εἶδον ἐσελθοῦσαν ἐς τὴν Μέμφιν, ἐκχυθέντες ἀλέες ἐκ τοῦ τείχεος, τήν τε νέα διέφθειραν, καὶ τοὺς ἄνδρας κρεουργηδὸν διασπάσαντες, ἐφόρεον ἐς τὸ τεῖχος. καὶ Αἰγύπτιοι μὲν μετὰ τοῦτο πολιορκεύμενοι, χρόνῳ παρέστησαν· οἱ δὲ προσεχέες Λίβυες, δείσαντες τὰ περὶ τὴν Αἴγυπτον γε-

[d] φορέουσι, αἴτιον. [e] τιάρας τε φορέοντες.

at. His igitur hoc cauſſae eſt cur robuſta capita geſtent. At Perſis cur fragilia ſint capita, id in cauſſa eſt quod a principio aſſuefiunt in umbra nutrire, geſtantes pileos tiaras. Haec ergo quidem talia. Vidi item alia iſtis ſimilia in Papremi, eorum qui una cum Achaemene filio Darii ab Inaro Afro ſunt caeſi.

13. Aegyptii quoque poſtquam ex acie terga dederunt, nullo ordine fugam capeſſunt. Ad quos, quum ſe recepiſſent Memphin, miſit Cambyſes per flumen navim Mitylenaeam cum caduceatore viro Perſa, qui illos ad pactionem hortaretur. Iſti ubi navim ingredi Memphin vident, frequentes ex caſtello effuſi, navim corruperunt, viroſque inſtar carnis dilaniatos in caſtellum afferunt. Et Aegyptii quidem poſt haec obſeſſi aliquamdiu reſtiterunt. Afri vero finitimi ea quae Ae-

gypto contigiſſent veriti, ſeſe citra pugnam dediderunt, tributumque deſcripſerunt ac dona miſerunt. Cyrenaei quoque ac Barcaei itidem ut Afri timentes, ſimilia et ipſi fecere. Cambyſes munera quae ab Afris venere, perbenigne accepit: quae autem a Cyrenaeis, ſuccenſens, ut opinor, quod exigua erant. quingentas enim minas argenti miſerant, quas ſua manu prehenſas diſperſit in milites.

14. Decimo autem die quam caſtellum in urbe Memphi cepiſſet Cambyſes, Pſammenito Aegyptiorum rege, qui ſex omnino regnarat menſes, collocato in ſuburbio ignominiae gratia, cum Aegyptiis aliis, hoc fecit ut ejus animum experiretur; Filiam illius, veſtitu ſervili indutam, cum hydria ad aquam emiſit; et cum ea ſimiliter indutas alias quas delegerat, pri-

γονότα, παρέδοσαν σφέας αὐτοὺς ἀμαχητί· καὶ φόρον τε ἐτάξαντο, καὶ δῶρα ἔπεμπον. ὡς δὲ Κυρηναῖοι καὶ Βαρκαῖοι, δείσαντες ὁμοίως ἃ καὶ οἱ Λίβυες, τοιαῦτα ἐποίησαν. Καμβύσης δὲ τὰ μὲν παρὰ Λιβύων ἐλθόντα δῶρα, φιλοφρόνως ἐδέξατο· τὰ δὲ παρὰ Κυρηναίων ἀπικόμενα μεμφθεὶς, ὡς ἐμοὶ δοκέει, ὅτι ἦν ὀλίγα. ἔπεμψαν γὰρ δὴ πεντακοσίας μνέας ἀργυρίου οἱ Κυρηναῖοι· ταύτας δρασσόμενος, αὐτοχειρίῃ διέσπειρε τῇ στρατιῇ.

ιδ΄. Ἡμέρῃ δὲ δεκάτῃ ἀπ᾽ ἧς παρέλαβε τὸ τεῖχος τὸ ἐν Μέμφι Καμβύσης, κατίσας ἐς τὸ προάστειον ἐπὶ λύμῃ τὸν βασιλέα τῶν Αἰγυπτίων Ψαμμήνιτον, βασιλεύσαντα μῆνας ἕξ, τοῦτον κατίσας σὺν ἄλλοισι Αἰγυπτίοισι, διεπειρᾶτο αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, ποιέων τοιάδε [a]. στείλας αὐτοῦ τὴν θυγατέρα ἐσθῆτι δουληΐῃ, ἐξέπεμπε ἐπ᾽ ὕδωρ ἔχουσαν ὑδρήϊον· συνέπεμπε δὲ καὶ ἄλλας παρθένους ἀπολέξας ἀνδρῶν

[a] τάδε.

τῶν πρώτων, ὁμοίως ἐςαλμένας τῇ τοῦ βασιλέος. ὡς δὲ βοῇ τε καὶ κλαυθμῷ παρῆσαν αἱ παρθένοι παρὰ τὺς [b] πατέρας, οἱ μὲν ἄλλοι πάντες ἀνεβόων τε καὶ ἀντέκλαιον [c], ὁρέοντες τὰ τέκνα κεκακωμένα· ὁ δὲ Ψαμμήνιτος, προϊδὼν καὶ μαθὼν, ἔκυψε ἐς τὴν γῆν. παρελθουσέων δὲ τῶν ὑδροφόρων, δεύτερά οἱ τὸν παῖδα ἔπεμπε [d] μετ' ἄλλων Αἰγυπτίων δισχιλίων τὴν αὐτὴν ἡλικίην ἐχόντων· τὺς δὲ αὐχένας κάλῳ δεδεμένυς, κ̀ [e] τὰ ςόματα ἐγκεχαλινωμένυς. ἤγοντο δὲ ποινὴν τίσοντες Μιτυληναίων τοῖσι ἐν Μέμφι ἀπολομένοισι σὺν τῇ νηΐ. ταῦτα γὰρ ἐδίκασαν οἱ βασιλήϊοι δικαςαὶ, ὑπὲρ ἀνδρὸς ἑκάςυ δέκα Αἰγυπτίων τῶν πρώτων ἀνταπόλλυσθαι. ὁ δὲ, ἰδὼν παρεξιόντας, καὶ μαθὼν τὸν παῖδα ἡγεόμενον [f] ἐπὶ θάνατον, τῶν ἄλλων Αἰγυπτίων τῶν περικατημένων αὐτὸν κλαιόντων καὶ δεινὰ ποιεύντων, τὠυτὸ ἐποίησε

[b] παρθένοι κατὰ τὺς. [c] ἀνέκλαιον. [d] ἐξέπεμπε. [e] δεδεμένους ἦγον, κ̀. [f] ἀγεόμενον.

morum virorum filias virgines. Quae ubi ad patres pervenerunt cum ejulatu ploratuque, ceteri quidem patres omnes conspectis filiabus tam male acceptis, vociferati sunt atque fleverunt: Psammenitus autem prospiciens atque intelligens, humi vultum demisit. Praetergressis puellis aquam ferentibus, secundo loco Cambyses ante oculos Psammeniti misit filium ejus cum duobus millibus Aegyptiorum aequalis aetatis, vinctas fune cervices et frenata ora habentibus. Ducebantur autem luituri poenas his Mitylenaeis qui cum navi fuerant ad Memphin obtruncati. Ita enim censuerant regii judices, pro singulis suorum interfectis denos primorum Aegyptiorum interficiendos. Psammenitus praeter se exeuntes intuens, et filium animadvertens duci ad mortem, aliis Aegyptiis qui circum sedebant complorantibus, et gravia sibi accidere dolen-

tibus, ipſe idem quod in filia fecit. His quoque praetergreſſis, accidit ut quidam compotorum ejus natu grandior, priſtinis bonis elapſus, ac nihil habens niſi quae inops mendicus, obiret exercitum mendicans, nec non Pſammenitum Amaſis filium alioſque Aegyptios in ſuburbio conſidentes. Quem ut conſpexit Pſammenitus erumpente ingente fletu, compellans nomine amicum, caput ſuum caedebat. Aderant autem ei obſervatores, qui ut quicquid ab illo fiebat in unoquoque exitu, Cambyſi renunciarent. Ea quae fiebant admiratus Cambyſes, miſſo nuncio percontatus eum eſt, inquiens; ‘ Herus ‘ te Cambyſes, Pſammenite, interrogat ‘ quamobrem tu, qui viſa filia malo affe‘ cta, viſo etiam filio ad mortem eunte, ‘ neque ejulaſti neque fleviſti, ſed paupe‘ rem tanti feceris, tibi (ut ab aliis audi‘ vit) non propinquum.’ Et ille quidem

τὸ ἐπὶ [g] τῇ θυγατρί. παρελθόντων δὲ καὶ τούτων, συνήνεικε ὥς τε τῶν συμποτέων οἱ ἄνδρα ἀπηλικέστερον ἐκπεπτωκότα ἐκ τῶν ἐόντων, ἔχοντά τε οὐδὲν, εἰ μὴ ὅσα πτωχὸς, καὶ προσαιτέοντα τὴν στρατιὴν παριέναι, Ψαμμήνιτόν τε τὸν Ἀμάσιος, καὶ τοὺς ἐν τῷ προαστείῳ κατημένους Αἰγυπτίων. ὁ δὲ Ψαμμήνιτος ὡς εἶδε, ἀνακλαύσας μέγα, καὶ καλέσας ὀνομαστὶ τὸν ἑταῖρον, ἐπλήξατο τὴν κεφαλήν· ἦσαν δή ἄρα αὐτοῦ φύλακοι [h], οἳ τὸ ποιεύμενον πᾶν ἐξ ἐκείνου ἐπ᾽ ἑκάστῃ ἐξόδῳ, Καμβύσῃ ἐσήμαινον. θωϋμάσας δὲ ὁ Καμβύσης τὰ ποιεύμενα [i], πέμψας ἄγγελον, ἠρώτα αὐτὸν, λέγων τάδε, ‘ Δεσπότης σε Καμβύσης, Ψαμμήνιτε, ‘ ἐρωτᾷ διότι δὴ τὴν μὲν θυγατέρα ὁρέων ‘ κεκακωμένην, καὶ τὸν παῖδα ἐπὶ θάνατον ‘ στείχοντα, οὔτε ἀνέβωσας, οὔτε ἀνέκλαυσας, ‘ τὸν δὲ πτωχὸν, οὐδέν σοι προσήκοντα, ὡς ‘ ἄλλων πυνθάνεται [k], ἐτίμησας.’ ὁ μὲν

[g] κλαιόντων, τωὐτὸ ἐποίησε τὸ καὶ ἐπί. [h] αὐτοῦ τρεῖς φύλακοι. [i] τὸ ποιεύμενον. [k] πυνθάνομαι.

δὴ ταῦτα ἐπηρώτα. ὁ δ᾽ ἀμείβετο τοῖσδε, ‘ Ω παῖ Κύρου, τὰ μὲν οἰκήϊα ἦν μέζω ‘ κακὰ ἢ ὥστε ἀνακλαίειν· τὸ δὲ τοῦ ἑταί‘ ρου πένθος [a], ἄξιον ἦν δακρύων· ὃς ἐκ ‘ πολλῶν τε καὶ εὐδαιμόνων ἐκπεσὼν, ἐς ‘ πτωχηΐην [b] ἀπῖκται, ἐπὶ γήραος οὐδῷ.’ καὶ ταῦτα ὡς ἀπενειχθέντα ὑπὸ τούτου, εὖ δοκέειν οἱ εἰρῆσθαι. ὡς δὲ λέγεται ὑπ᾽ Αἰγυπτίων, δακρύειν μὲν Κροῖσον (ἐτετεύχεε γὰρ καὶ οὗτος ἐπισπώμενος Καμβύσῃ ἐπ᾽ Αἴγυπτον) δακρύειν δὲ Περσέων τοὺς παρεόντας. αὐτῷ τε Καμβύσῃ ἐσελθεῖν οἶκτόν τινα· καὶ αὐτίκα κελεύειν τόν τε οἱ παῖδα ἐκ τῶν ἀπολλυμένων σώζειν, καὶ αὐτὸν ἐκ τοῦ προαστείου ἀναστήσαντας, ἄγειν παρ᾽ ἑωϋτόν.

ιε΄. Τὸν μὲν δὴ παῖδα εὗρον οἱ [c] μετιόντες, οὐκέτι περιεόντα, ἀλλὰ πρῶτον κατακοπέντα. αὐτὸν δὲ Ψαμμήνιτον ἀναστήσαντες, ἦγον παρὰ Καμβύσεα· ἔνθα τοῦ λοιποῦ διαιτᾶτο, ἔχων οὐδὲν βίαιον. εἰ δὲ

[a] πάθος. [b] πτωχίην. [c] εὗρον αὐτοῦ οἱ.

ita interrogavit. Pſammenitus autem his verbis reſpondit; ' O fili Cyri, domeſtica ' mala erant majora, quam ut poſſem ea ' deflere: at lamentatio amici digna la- ' crymis fuit, qui e multis ac fortunatis ' opibus evolutus ad inopiam recidit, in ' limine ſenectutis.' Haec ubi delata ab hoc, ſibi videri illa recte dicta eſſe; ut vero ab Aegyptiis fertur, Croeſum (quippe hic quoque adſcitus erat ab Cambyſe in expeditionem Aegyptiacam) illacrymaſſe, item qui aderant Perſae, ipſique Cambyſi commiſerationem ſubiiſſe, ut protinus juſſerit et filium ex his qui morti addicti eſſent liberari, et patrem e ſuburbio excitum ad ſe duci.

15. Sed filium quidem qui adierunt, non jam ſuperſtitem invenerunt, ſed primo loco trucidatum: ipſum vero Pſammenitum adſumtum ad Cambyſem duxerunt: ubi reliquum vitae vixit, nihil vio-

lentum passus. Qui si compertus etiam fuisset non affectasse res novas, accepisset Aegyptum ut eam procuraret. Nam consueverunt Persae in honore habere filios regum; quorum si qui etiam ab eis defecerint, tamen illorum filiis restituunt principatum. Quod eos ita facere consuesse, cum aliis permultis potest probari documentis, tum vero hoc, quod Thannyras Inari filius recepit, quem pater obtinuerat, principatum: quodque Pausiris Amyrtaei filius et ipse paternum recuperavit imperium: quamvis Inaro et Amyrtaeo infestius nunquam ulli Persis mala intulerunt. Nunc Psammenitus male cogitans, mercedem accepit. nam ad defectionem Aegyptios inducere deprehensus est: ac deinde a Cambyse convictus, epoto cruore taurino, statim expiravit. Atque hunc in modum iste decessit.

16. Cambyses autem e Memphi in

κὶ ἠπιςήθη μὴ πολυπραγμονεῖν, ἀπέλαβε ἂν Αἴγυπτον, ὥςε ἐπιτροπεύειν αὐτῆς. ἐπεὶ τιμᾷν ἐώθασι Πέρσαι τῶν βασιλήων τὺς παῖδας· τῶν, εἰ καί [d] σφεων ἀποςέωσι, ὅμως τοῖσί γε παισὶ αὐτῶν ἀποδιδῦσι τὴν ἀρχήν. πολλοῖσι μέν νυν κὶ ἄλλοισί ἐςι ςαθμώσαθαι ὅτι τοῦτο οὕτω νενομίκασι ποιέειν· ἐν δὲ καὶ [e] τῷδε Ινάρῳ [f] παιδὶ Θαννύρα, ὃς ἀπέλαβε τὴν οἱ ὁ πατὴρ εἶχε ἀρχήν· καὶ τῷ Αμυρταίυ Παυσίρι· καὶ γὰρ οὗτος ἀπέλαβε τὴν τῦ πατρὸς ἀρχήν. καίτοι Ινάρω τε καὶ Αμυρταίυ ὐδαμοί κω Πέρσας κακὰ πλέω [g] ἐργάσαντο. νῦν δὲ μηχανώμενος κακὰ ὁ Ψαμμήνιτος, ἔλαβε τὸν μιθόν· ἀπιςὰς γὰρ Αἰγυπτίυς ἥλω. ἐπεί τε δὲ ἐπάϊςος ἐγένετο ὑπὸ Καμβύσεω, αἷμα ταύρυ πιὼν, ἀπέθανε παραχρῆμα. οὕτω δὴ ὗτος ἐτελεύτησε.

ις'. Καμβύσης δὲ ἐκ Μέμφιος ἀπίκετο

[d] τῶν, ἢν καὶ. [e] ἐν δὲ δὴ καὶ. [f] τῷδε, τῷ Λίβυος Ινάρῳ, [g] πλέα.

ἐς Σάϊν πόλιν, βουλόμενος ποιῆσαι τὰ δὴ καὶ ἐποίησε. ἐπεί τε γὰρ ἐσῆλθε ἐς τὰ τȣ̃ Ἀμάσιος οἰκία, αὐτίκα ἐκέλευε ἐκ τῆς ταφῆς τὸν Ἀμάσιος νέκυν ἐκφέρειν ἔξω. ὡς δὲ ταῦτα ἐπιτελέα ἐγένετο, μαστιγοῦν τὸν νέκυν ἐκέλευε, καὶ τὰς τρίχας ἀποτίλλειν, καὶ κεντοῦν, καὶ τἄλλα πάντα λυμαίνεσθαι. ἐπεί τε δὲ καὶ ταῦτα ἔκαμον ποιεῦντες, (ὁ γὰρ δὴ νεκρὸς, ἅτε τεταριχευμένος, ἀντεῖχέ τε καὶ οὐδὲν διεχέετο) ἐκέλευσέ μιν ὁ Καμβύσης κατακαῦσαι· ἐντελλόμενος ȣ̓κ ὅσια. Πέρσαι γὰρ θεὸν νομίζȣσι εἶναι τὸ πῦρ· τὸ ὦν κατακαίειν τε τοὺς [a] νεκροὺς, οὐδαμῶς ἐν νόμῳ ȣ̓δετέροισί ἐστι, Πέρσῃσι μὲν, δι' ὅπερ εἴρηται, θεῷ ȣ̓ δίκαιον εἶναι λέγοντες [b] νέμειν νεκρὸν ἀνθρώπȣ· Αἰγυπτίοισι δὲ νενόμισται πῦρ θηρίον εἶναι ἔμψυχον· πάντα δὲ αὐτὸ κατεσθίειν τάπερ ἂν λάβῃ· πλησθὲν δὲ αὐτὸ τῆς βορῆς, συναποθνήσκειν τῷ κατεσθιομένῳ. οὔκων θηρίοισι νόμος ȣ̓-

[a] κατακαίειν τȣ̀ς. [b] λέγȣσι.

urbem Sain abiit, animo faciendi quae fecit. Etenim ſimulatque in aedes Amaſis ingreſſus eſt, ſtatim imperavit cadaver Amaſis e conditorio efferri: deinde prolatum verberibus caedi ac pilos avelli, et ſtimulis pungi, omni denique contumelia infeſtari. Quod facientes poſtquam defatigati erant, (nam cadaver utpote conditum reſiſtebat, nec quicquam diffundebatur) juſſit cremari: haudquaquam ſancta jubens; quia Perſae deum ignem eſſe arbitrantur. Quin apud neutros etiam moris eſt cremare cadavera: apud Perſas quidem, propter id quod dictum eſt, quia nefas eſſe ajunt deo paſcere cadaver hominis: apud Aegyptios autem, quia perſuaſum habent ignem animatam beluam eſſe, et omnia quae nanciſcitur devorare, et poſtquam devorando fuerit expleta, una cum ipſa re devorata emori. Non

esse vero apud eos consuetudinem mortuum beluis tradendi; et ideo condiunt ne jacens et humatus devoretur a vermibus. Ita neutris licitam rem jussit agere Cambyses. Quanquam (ut ipsi ajunt Aegyptii) non Amasis fuit qui ista passus est, sed alius quidam Aegyptius eadem qua Amasis aetate; quem Persae Amasin arbitrantes vexaverunt. Memorant enim, Amasin, quum ex oraculo audisset quae circa se defunctum futura essent, hoc modo rei venturae medendum putasse, ut hunc hominem qui flagellatus erat, mortuum ad fores sepeliret intus conditorii sui, se autem in conditorii quam intimo recessu collocari filio mandaret. Mihi tamen penitus non videntur haec Amasis fuisse mandata de sua sepultura et isto homine, sed vane ab Aegyptiis adornata.

δαμῶς φησὶν ἐςι [c] τὸν νέκυν διδόναι. καὶ διὰ ταῦτα ταριχεύουσι, ἵνα μὴ κείμενος ὑπὸ εὐλέων καταβρωθῇ. οὕτω οὐδετέροισι νομιζόμενα ἐνετέλλετο ποιέειν ὁ Καμβύσης. ὡς μέντοι Αἰγύπτιοι λέγουσι, οὐκ Ἄμασις ἦν ὁ ταῦτα παθὼν, ἀλλὰ ἄλλός τις τῶν Αἰγυπτίων, ἔχων τὴν αὐτὴν ἡλικίην Ἀμάσι. ᾧ λυμαινόμενοι Πέρσαι, ἐδόκεον Ἄμασιν [d] λυμαίνεσθαι. λέγουσι γὰρ ὡς πυθόμενος ἐκ μαντηΐου ὁ Ἄμασις τὰ περὶ ἑωϋτὸν ἀποθανόντα μέλλοντα γίνεσθαι, οὕτω δὴ ἀκεόμενος τὰ ἐπιφερόμενα, τὸν μὲν ἄνθρωπον τοῦτον τὸν μαςιγωθέντα, ἀποθανόντα ἔθαψε ἐπὶ τῇσι [e] θύρῃσι ἐντὸς τῆς ἑωϋτοῦ θήκης, ἑωϋτὸν δὲ ἐνετείλατο τῷ παιδὶ ἐν μυχῷ τῆς θήκης ὡς μάλιςα θεῖναι. αἱ μέν νυν ἐκ τοῦ Ἀμάσιος ἐντολαὶ αὗται, αἱ εἰς τὴν ταφήν τε [f] καὶ τὸν ἄνθρωπον ἔχουσαι, οὔ μοι δοκέουσι ἀρχὴν γενέσθαι, ἄλλως δ' αὐτὰ Αἰγύπτιοι σεμνοῦν.

[c] οὐδαμῶς σφί ἐςι. [d] Ἀμάσι. [e] ἐν τῇσι. [f] εἰς ταφήν τε.

ιζ΄. Μετὰ δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐβουλεύσατο τριφασίας στρατηΐας, ἐπί τε Καρχηδονίους, καὶ ἐπὶ Ἀμμωνίους, καὶ ἐπὶ τοὺς μακροβίους Αἰθίοπας, οἰκημένους δὲ Λιβύης ἐπὶ τῇ νοτίῃ θαλάσσῃ. βουλευομένῳ δέ οἱ ἔδοξε, ἐπὶ μὲν Καρχηδονίους τὸν ναυτικὸν στρατὸν ἀποστέλλειν· ἐπὶ δὲ Ἀμμωνίους, τοῦ πεζοῦ ἀποκρίναντα· ἐπὶ δὲ τοὺς Αἰθίοπας, κατόπτας πρῶτον, ὀψομένους τε τὴν ἐν τούτοισι τοῖσι Αἰθίοψι λεγομένην εἶναι ἡλίου τράπεζαν, εἰ ἔστι ἀληθέως, καὶ πρὸς ταύτῃ τὰ ἄλλα κατοψομένους· δῶρα δὲ τῷ λόγῳ φέροντας τῷ βασιλέϊ αὐτέων.

ιη΄. Ἡ δὲ τράπεζα τοῦ ἡλίου, τοιήδε τις λέγεται εἶναι· λειμών ἐστι ἐν τῷ προαστείῳ, ἐπίπλεος κρεῶν ἑφθῶν πάντων τῶν τετραπόδων· ἐς τὸν τὰς μὲν νύκτας ἐπιτηδεύοντας τιθέναι τὰ κρέα τοὺς ἐν τέλεϊ ἑκάστους ἐόντας τῶν ἀστῶν, τὰς δὲ ἡμέρας δαίνυσθαι προσιόντα τὸν βουλόμενον. φάναι δὲ τοὺς ἐπιχωρίους ταῦτα τὴν γῆν αὐ-

17. SECUNDUM haec Cambyſes conſtituit triplex movere bellum, adverſus Carthaginienſes, adverſus Ammonios, adverſus Aethiopes macrobios, *id eſt longaevos*, qui Africam ad auſtrale mare incolunt. et adverſus quidem Carthaginienſes, nauticas copias; adverſus autem Ammonios, e peditatu excerptos; adverſus vero Aethiopes, primo exploratores mittere, ſpectatum illic menſam, quae celebrabatur, Solis, nunquid revera eſſet: ſimulque res Aethiopicas inſpecturos; interim per ſpeciem dona laturos illorum regi.

18. Solis autem menſa talis eſſe memoratur: eſt in ſuburbio pratum, omnium quadrupedum aſſa refertum carne, quam per noctem ſinguli civium magiſtratus properant ponere; ad eamque, ubi illuxit, cuilibet epulatum licet accedere;

Haec autem ipſa a terra reddi aſſidue indigenae ajunt. Et menſa quidem quae Solis vocatur, talis eſſe fertur.

19. Cambyſes autem ubi ſtatuit exploratores mittere, continuo ab urbe Elephantina arceſſit ex Ichthyophagis gnaros Aethiopicae linguae. Interea dum iſti veniunt, navales copias Carthaginem verſus navigare jubet. verum haec exequuturos ſe Phoenices negaverunt. eſſe enim magnis foederibus ſe devinctos; neque facturos ſancte, ſi adverſus liberos ſuos militarent. Phoenicibus autem ire recuſantibus, ceteri ad pugnandum haud idonei erant. Ita Carthaginienſes ſervitutem Perſarum evaſerunt: quoniam Cambyſes haud aequum ducebat vim afferre Phoenicibus, qui ſeipſos Perſis dediderant, et ex illis nauticus omnis conſtabat exercitus. Sed et Cyprii, qui ſeſe ipſi dediderant Perſis, adverſus Aegyptum in militia erant.

τὴν ἀναδιδόναι ἑκάστοτε. ἡ μὲν δὴ τράπεζα τοῦ ἡλίου καλεομένη, λέγεται εἶναι τοιήδε.

ιθʹ. Καμβύσῃ δὲ ὡς ἔδοξε πέμπειν τοὺς κατασκόπους, αὐτίκα μετεπέμπετο ἐξ Ἐλεφαντίνης πόλιος, τῶν Ἰχθυοφάγων ἀνδρῶν τοὺς ἐπισταμένους τὴν Αἰθιοπίδα γλῶσσαν. ἐν ᾧ δὲ τούτους μετῆσαν, ἐν τούτῳ ἐκέλευε ἐπὶ τὴν Καρχηδόνα πλέειν τὸν ναυτικὸν στρατόν. Φοίνικες δὲ οὐκ ἔφασαν ποιήσειν ταῦτα· ὁρκίοισί τε γὰρ μεγάλοισι ἐνδεδέσθαι, καὶ οὐκ ἂν ποιέειν ὅσια ἐπὶ τοὺς παῖδας τοὺς ἑωϋτῶν στρατευόμενοι. Φοινίκων δὲ οὐ βουλομένων, οἱ λοιποὶ οὐκ ἀξιόμαχοι ἐγίνοντο. Καρχηδόνιοι μέν νυν οὕτω δουλοσύνην διέφυγον πρὸς Περσέων. Καμβύσης γὰρ βίην οὐκ ἐδικαίου προσφέρειν Φοίνιξι, ὅτι σφέας τε αὐτοὺς ἐκδεδώκεσαν Πέρσῃσι, καὶ πᾶς ἐκ Φοινίκων ἤρτητο ὁ ναυτικὸς στρατός. δόντες δὲ καὶ Κύπριοι σφέας αὐτοὺς Πέρσῃσι, ἐστρατεύοντο ἐπ᾽ Αἴγυπτον.

κ'. Ἐπεί τε δὲ τῷ Καμβύσῃ ἐκ τῆς Ἐλεφαντίνης ἀπίκοντο οἱ Ἰχθυοφάγοι, ἔπεμπε αὐτοὺς ἐς τοὺς Αἰθίοπας, ἐντειλάμενος τὰ λέγειν χρῆ· καὶ [a] δῶρα φέροντας, πορφύρεόν τε εἷμα, καὶ χρύσεον στρεπτὸν περιαυχένιον, καὶ ψέλλια [b], καὶ μύρου ἀλάβαστρον, καὶ φοινικηΐου οἴνου κάδον. οἱ δὲ Αἰθίοπες οὗτοι ἐς τοὺς ἀπέπεμπε [c] ὁ Καμβύσης, λέγονται εἶναι μέγιστοι καὶ κάλλιστοι ἀνθρώπων πάντων. νόμοισι δὲ καὶ ἄλλοισι χρᾶσθαι αὐτοὺς καὶ κεχωρισμένοισι [d] τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ δὴ καὶ κατὰ τὴν βασιληΐην τοιῷδε· τὸν ἂν τῶν ἀστῶν κρίνωσι μέγιστόν τε εἶναι, καὶ κατὰ τὸ μέγαθος ἔχειν τὴν ἰσχὺν, τοῦτον ἀξιοῦσι βασιλεύειν.

κα'. Ἐς τούτους δὴ ὦν τοὺς ἄνδρας ὡς ἀπίκοντο οἱ Ἰχθυοφάγοι, διδόντες τὰ δῶρα τῷ βασιλέϊ αὐτέων, ἔλεγον τάδε, ‘ Βα-
‘ σιλεὺς ὁ Περσέων Καμβύσης, βουλόμενος

[a] λέγειν χρῆν· καὶ. [b] MS. habet ψέλια etiam infra. [c] ἀπέπεμψε. [d] αὐτοὺς κεχωρισμένοισι.

20. Porro Cambyses posteaquam ex Elephantina advenerunt Ichthyophagi, eos ad Aethiopes misit, jussos cum ea dicere quae oporteret, tum dona ferre, amiculum purpureum, aureumque torquem ad cervicem, et armillas, ac unguenti alabastrum, cadumque vini Phoenicei. Aethiopes autem ii ad quos misit Cambyses, feruntur esse maximi omnium hominum atque pulcherrimi: legibus autem et aliis uti eos, et separatis ab aliorum hominum legibus, tum vero et hac circa regnum: quod quem e popularibus maximum et pro magnitudine validum judicant, hunc regem deligendum censent.

21. Ad hos itaque viros Ichthyophagi postquam venerunt, offerentes eorum regi munera ita loquuti sunt; 'Cambyses, Persarum rex, cupiens amicus tibi

'fieri atque hospes, nos misit, jubens ut 'in sermonem tuum veniremus, tibique 'haec dona dat, quorum ipse usu maxi'me delectatur.' Ad hos Aethiops, gnarus ad explorandum venisse, talia respondit; 'Neque rex Persarum vos ideo cum 'donis misit, quod magni faciat hospitii 'mei foedus, neque vos vera loquimini, 'quippe qui ad explorandum meum im'perium venistis: neque justus ille vir est. 'si enim justus foret, non alienam regi'onem affectaret, sed esset sua contentus, 'nec homines a quibus nihil laesus est 'in servitutem redigeret. Ei nunc vos 'hunc arcum date, ita dicentes, Rex Ae'thiopum regi Persarum consilium dat, 'quando Persae tam facile adducent tan'tae magnitudinis arcus, tunc adversus 'macrobios Aethiopes copiis exsuperans 'moveat bellum: interim diis gratias ha'beat, qui non dant mentem filiis Ae-

'φίλος τοι καὶ ξεῖνος γενέσθαι, ἡμέας τε 'ἀπέπεμψε [e], ἐς λόγους τοι ἐλθεῖν κελεύ-'ων, καὶ δῶρα ταῦτά τοι διδοῖ, τοῖσι καὶ 'αὐτὸς μάλιστα ἥδεται χρεώμενος.' ὁ δὲ Αἰθίοψ, μαθὼν ὅτι κατόπται ἥκοιεν, λέ-γει πρὸς αὐτοὺς τοιάδε, 'Οὔτε ὁ Περσέ-'ων βασιλεὺς δῶρα ὑμέας ἔπεμψε φέρον-'τας, προτιμῶν πολλοῦ ἐμοὶ ξεῖνος γενέ-'σθαι· οὔτε ὑμεῖς λέγετε ἀληθέα· ἥκετε 'γὰρ κατόπται τῆς ἐμῆς ἀρχῆς· οὔτε ἐ-'κεῖνος ἀνήρ ἐστι δίκαιος. εἰ γὰρ ἦν δίκαιος, 'οὔτ' ἂν ἐπεθύμησε χώρης ἄλλης ἢ τῆς ἑ-'ωϋτοῦ· οὔτ' ἂν ἐς δουλοσύνην ἀνθρώπους ἦγε 'ὑπ' ὧν μηδὲν ἠδίκηται. νῦν δὲ αὐτῷ τόξον 'τόδε διδόντες, τάδε ἔπεα λέγετε, Βασιλεὺς 'ὁ Αἰθιόπων συμβουλεύει τῷ Περσέων βα-'σιλέϊ, ἐπεὰν [f] οὕτω εὐπετέως ἕλκωσι τὰ 'τόξα Πέρσαι ἐόντα μεγάθεϊ τοσαῦτα, 'τότε ἐπ' Αἰθίοπας τοὺς μακροβίους πλή-'θεϊ ὑπερβαλλόμενον στρατεύεσθαι. μέχρι 'δὲ τούτου [g], θεοῖσι εἰδέναι χάριν, οἳ οὐκ

[e] ἀπέπεμπε. [f] ἐπειδάν. [g] τύτων.

‘ ἐπὶ νόον τρέπουσι Αἰθιόπων παισὶ γῆν
‘ ἄλλην προσκτᾶσθαι τῇ ἑωϋτῶν.’

κβʹ. Ταῦτα δὲ εἴπας, καὶ ἀνεὶς τὸ τόξον, παρέδωκε τοῖσι ἥκουσι. λαβὼν δὲ τὸ εἷμα τὸ πορφύρεον, ἠρώτα ὅ,τι εἴη, καὶ ὅκως πεποιημένον. εἰπόντων δὲ τῶν Ἰχθυοφάγων τὴν ἀληθηΐην περὶ τῆς πορφύρης καὶ τῆς βαφῆς, δολεροὺς μὲν τοὺς ἀνθρώπους ἔφη εἶναι, δολερὰ δὲ αὐτέων τὰ εἵματα. δεύτερα δὲ, τὸν χρυσοῦν [a] ἠρώτα στρεπτὸν τὸν περιαυχένιον, καὶ τὰ ψέλλια· ἐξηγεομένων δὲ τῶν Ἰχθυοφάγων τὸν κόσμον αὐτέων, γελάσας ὁ βασιλεὺς, καὶ νομίσας εἶναί σφεα πέδας, εἶπε ὡς παρ’ ἑωϋτοῖσί εἰσι ῥωμαλεώτεραι τουτέων πέδαι. τρίτον δὲ, ἠρώτα τὸ μύρον· εἰπόντων δὲ τῆς ποιήσιος πέρι καὶ ἀλείψιος, τὸν αὐτὸν λόγον τὸν καὶ περὶ τοῦ εἵματος εἶπε. ὡς δὲ ἐς τὸν οἶνον ἀπίκετο, καὶ ἐπύθετο αὐτοῦ τὴν ποίησιν, ὑπερησθεὶς τῷ πόματι, ἐπείρετο ὅ,τι τε σιτέεται ὁ βασιλεὺς, καὶ χρόνον ὁκόσον μακρότατον ἀνὴρ Πέρσης

[a] χρυσόν.

'thiopum, ut praeter ſuam velint aliam 'comparare regionem.'

22. Haec loquutus, arcum laxavit, eiſque qui venerant dedit. Tum ſumpto purpureo amiculo, rogavit quidnam eſſet et quomodo confectum. et quum Ichthyophagi veritatem de purpura deque tinctura dixiſſent, doloſos inquit eſſe homines, doloſa illorum veſtimenta. Secundo loco de aureo ſciſcitatus ad cervicem torque atque armillis, ornatum ejus rei exponentibus Ichthyophagis, riſit, atque exiſtimans vincula eſſe, inquit robuſtiora apud ſe vincula eſſe. Tertio ſciſcitatus de unguento, quum illi de confectura ungendique ratione dixiſſent, idem dixit quod de veſtimento. Ubi ad vinum pervenit, ejuſque conficiendi rationem audivit, majorem in modum delectatus potu, percontatus eſt, quibuſnam rebus veſce-

retur rex, et quod longiſſimum tempus vir Perſa viveret. Iſti dixerunt veſci regem pane, expoſita tritici natura, plenumque et longiſſimum vivendi ſpatium homini proponi octoginta annos. Ad haec Aethiops, Nihil ſe mirari inquit, ſi ſtercore veſcentes, paucis viverent annis. nam ne tot quidem annis victuros, niſi potu commiſcerent: Ichthyophagis indicans vinum; hoc enim ipſos a Perſis ſuperari.

23. Interrogato viciſſim rege ab Ichthyophagis de vita et victu, pleroſque illorum ad centum viginti annos pervenire, nonnullos vero etiam hos tranſcendere: cibum eis eſſe carnem coctam; et potum, lac. Et quum exploratores de numero annorum mirarentur, ad fontem quendam eos duxiſſe, a quo loti efficiebantur magis nitentes, perinde atque olei foret; ab eodem olere, ac ſi violarum.

ζώει. οἱ δὲ, σιτέεσθαι μὲν τὸν ἄρτον εἶπον, ἐξηγησάμενοι τῶν πυρῶν τὴν φύσιν· ὀγδώκοντα δ' ἔτεα ζόης πλήρωμα ἀνδρὶ μακρότατον προκέεσθαι. πρὸς ταῦτα ὁ Αἰθίοψ ἔφη, οὐδὲν θωϋμάζειν εἰ σιτεόμενοι κόπρον, ἔτεα ὀλίγα ζώουσι. οὐδὲ γὰρ ἂν τοσαῦτα δύνασθαι ζώειν σφέας, εἰ μὴ τῷ πόματι ἀνέφυρον, φράζων τοῖσι Ἰχθυοφάγοισι τὸν οἶνον. τοῦτο γὰρ ἑωϋτοὺς ὑπὸ Περσέων ἑσσῶσθαι.

κγ'. Ἀντειρομένων δὲ τὸν βασιλέα τῶν Ἰχθυοφάγων τῆς ζόης καὶ διαίτης πέρι, ἔτεα μὲν εἴκοσι [b] καὶ ἑκατὸν τοὺς πολλοὺς αὐτέων ἀπικνέεσθαι, ὑπερβαλλέειν δέ τινας καὶ ταῦτα. σίτησιν δὲ εἶναι κρέα τε ἑφθὰ, καὶ πόμα, γάλα. θῶϋμα δὲ ποιευμένων τῶν κατασκόπων περὶ τῶν ἐτέων, ἐπὶ κρήνην σφι ἡγήσασθαι, ἀπ' ἧς λουόμενοι, λιπαρώτεροι ἐγίνοντο, κατάπερ εἰ ἐλαίου εἴη· ὄζειν δὲ ἀπ' αὐτῆς ὡσεὶ ἴων. ἀσθενὲς δὲ τὸ ὕδωρ τῆς κρήνης ταύτης οὕτω

[b] μὲν ἐς εἴκοσι.

δή τι ἔλεγον εἶναι οἱ κατάσκοποι, ὥστε μηδὲν οἷόν τε εἶναι ἐπ' αὐτȣ̃ [c] ἐπιπλέειν, μήτε ξύλον, μήτε τῶν ὅσα ξύλȣ ἐςὶ ἐλαφρότερα. ἀλλὰ πάντα σφεα χωρέειν ἐς βυσσόν. τὸ δὲ ὕδωρ τȣ̃το, εἴ σφί ἐςι ἀληθέως οἷόν τι λέγεται, διὰ τȣ̃το ἂν εἶεν, τȣ́τῳ τὰ πάντα χρεώμενοι, μακρόβιοι. ἀπὸ τῆς κρήνης δὲ ἀπαλλασσομένων, ἀγαγεῖν σφέας ἐς δεσμωτήριον ἀνδρῶν, ἔνθα τȣ̀ς πάντας ἐν πέδησι χρυσέησι δεδέσθαι. ἔςι δὲ ἐν τȣ́τοισι τοῖσι Αἰθίοψι πάντων ὁ χαλκὸς σπανιώτατον καὶ τιμιώτατον. θεησάμενοι δὲ καὶ τὸ δεσμωτήριον, ἐθηήσαντο καὶ τὴν τȣ̃ ἡλίȣ λεγομένην τράπεζαν.

κδ'. Μετὰ δὲ ταύτην, τελευταίας ἐθηήσαντο τὰς θήκας αὐτέων, αἳ λέγονται σκευάζεσθαι ἐξ ὑέλȣ, τρόπῳ τοιῷδε. ἐπεὰν τὸν νεκρὸν ἰσχνήνωσι, εἴτε δὴ κατάπερ Αἰγύπτιοι, εἴτε ἄλλως κως, γυψώσαντες ἅπαντα αὐτὸν, γραφῇ κοσμέȣσι, ἐξομοιεῦντες τὸ εἶδος ἐς τὸ δυνατόν· ἔπειτα δέ οἱ

[c] ἀπ' αὐτȣ̃.

Eam aquam ajebant exploratores adeo invalidam, ut in ea nihil innatare posset, ne lignum quidem, et quae leviora sunt ligno: sed omnia pessum ire in profundum. Haec aqua si vere apud illos est qualis commemoratur, ideo macrobii, *id est longaevi*, existunt, quod ea per omnia utuntur. Deinde a fonte digressos istos regem ad carcerem duxisse, ubi viri omnes aureis vinculis erant alligati. est enim apud hos Aethiopes omnium rarissimum ac pretiosissimum aes. Inspecto etiam carcere, inspexerunt et mensam quae dicitur solis.

24. Post hanc ad extremum inspexere eorum conditoria, quae dicuntur e vitro esse constructa, hunc in modum: Posteaquam mortuum sive Aegyptiorum sive alio quodam more arefecerunt, totum gypso inducunt, picturaque exornantes exhibent, quoad fieri potest, effigiem e-

jus: deinde cippum ei cavum e vitro, quod apud illos multum et labori aptum effoditur, circumdant: in cujus medio mortuus perlucet, nihil neque odoris ingrati, neque foeditatis ullius praebens, sed omnia conspicua ipsi illi cadaveri similiter habens. Hunc cippum qui maxime sunt propinqui, intra aedes annum tenent, offerentes ei omnium rerum primitias, hostiasque: post talia efferunt, circaque urbem statuunt.

25. Omnibus exploratores inspectis reversi sunt. Qui quum ista renunciassent Cambysi, continuo ira percitus adversus Aethiopes exiit in expeditionem, neque rei frumentariae apparatu indicto, neque secum ipso ratione inita quod in extrema terrarum faceret expeditionem: sed veluti vesanus, nec mentis compos, simulatque Ichthyophagos audiit, profectus est

περιϊστᾶσι στήλην ἐξ ὑέλου πεποιημένην κοίλην. ἡ δέ σφι πολλὴ καὶ εὐεργὸς ὀρύσσεται. ἐν μέσῃ δὲ τῇ στήλῃ ἐνεὼν διαφαίνεται ὁ νέκυς, οὔτε ὀδμὴν οὐδεμίην ἄχαριν παρεχόμενος, οὔτε ἄλλο ἀεικὲς οὐδέν· καὶ ἔχει πάντα φανερὰ ὁμοίως αὐτῷ τῷ νέκυϊ. ἐνιαυτὸν μὲν δὴ ἔχουσι τὴν στήλην ἐν τοῖσι οἰκίοισι οἱ μάλιστα προσήκοντες, πάντων ἀπαρχόμενοι, καὶ θυσίας οἱ προσάγοντες. μετὰ δὲ ταῦτα ἐκκομίσαντες, ἱστᾶσι [a] περὶ τὴν πόλιν.

κέ. Θεησάμενοι δὲ τὰ πάντα οἱ κατάσκοποι, ἀπαλλάσσοντο ὀπίσω· ἀπαγγειλάντων δὲ ταῦτα τούτων, αὐτίκα ὁ Καμβύσης ὀργὴν ποιησάμενος, ἐστρατεύετο ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας· οὔτε παρασκευὴν σίτου οὐδεμίην παραγγείλας, οὔτε λόγον ἑωϋτῷ δοὺς ὅτι ἐς τὰ ἔσχατα γῆς ἔμελλε στρατεύεσθαι. οἷα δὲ ἐμμανής τε ἐὼν [b] καὶ οὐ φρενήρης, ὡς ἤκουε τῶν Ἰχθυοφάγων, ἐστρατεύετο· Ἑλλήνων μὲν τοὺς παρεόντας αὐτῷ τάξας ὑ-

[a] ἱστῶσι. [b] ἐμμανής τε ὤν.

πομένειν, τὸν δὲ πεζὸν πάντα ἅμα ἀγόμενος. ἐπεί τε δὲ στρατευόμενος ἐγένετο ἐν Θήβῃσι, ἀπέκρινε τοῦ στρατοῦ ὡς πέντε μυριάδας· καὶ τούτοισι μὲν ἐνετέλλετο Ἀμμωνίους ἐξανδραποδισαμένους, τὸ χρηστήριον τὸ τοῦ Διὸς ἐμπρῆσαι· αὐτὸς δὲ τὸν λοιπὸν ἄγων στρατὸν, ἤιε ἐπὶ τοὺς Αἰθίοπας. πρὶν δὲ τῆς ὁδοῦ τὸ πέμπτον μέρος διεληλυθέναι τὴν στρατιὴν, αὐτίκα πάντα αὐτοὺς τὰ εἶχον σιτίων ἐχόμενα, ἐπελελοίπεε· μετὰ δὲ τὰ σιτία, καὶ τὰ ὑποζύγια ἐπέλιπε κατεσθιόμενα. εἰ μέν νυν μαθὼν ταῦτα ὁ Καμβύσης ἐγνωσιμάχεε, καὶ ἀπῆγε ὀπίσω τὸν στρατὸν ἐπὶ τῇ ἀρχῆθεν γενομένῃ ἁμαρτάδι, ἦν ἂν σοφὸς ἀνήρ· νῦν δὲ οὐδένα λόγον ποιεύμενος, ἤιε αἰεὶ ἐς τὸ πρόσω. οἱ δὲ στρατιῶται ἕως μέν τι εἶχον ἐκ τῆς γῆς λαμβάνειν, ποιηφαγέοντες διέζωον· ἐπεὶ δὲ ἐς τὴν ψάμμον ἀπίκοντο, δεινὸν ἔργον αὐτέων τινὲς ἐργάσαντο. ἐκ δεκάδος γὰρ ἕνα σφέων αὐτέων ἀποκληρώσαντες, κατέφα-

cum omni peditatu, Graecis qui aderant illi, manere juſſis. Ubi ad Thebas eſt ventum, delegit de exercitu quinquaginta circiter millia, quibus praecepit ut Ammonios diriperent, deinde oraculum Jovis incenderent: ipſe cum reliquis copiis adverſus Aethiopes contendit. Sed antequam itineris partem quintam confeciſſent, exercitum ejus protinus commeatus omnis quem ſecum habebat, defecerat: mox et jumenta ad veſcendum defecerunt. Quibus rebus cognitis Cambyſes ſi reſipuiſſet ac retroduxiſſet exercitum, poſt id quod prius admiſerat peccatum, vir ſapiens extitiſſet: nunc autem nihil penſi habens, aſſidue proceſſit ulterius. Milites, quamdiu quod de terra ſumerent habuerunt, herbis victitaverunt: at ubi ad ſabulum pervenere, ibi nonnulli diram rem perpetraverunt. nam ſortiti ex ſeipſis decimum quemque comederunt. Id audi-

ens Cambyses, veritus suorum mutuam depastionem, intermissa adversus Aethiopes expeditione, retro rediit, Thebasque pervenit, multis de exercitu amissis. Et quum e Thebis descendisset Memphin, Graecos missos fecit, ut illinc abnavigarent. Et expeditio quidem adversus Aethiopes ita cessit.

26. Copiae autem quae adversus Ammonios missae erant, e Thebis moventes, itineris duces sequebantur: ac visae sunt usque ad urbem Oasin pervenisse, quam incolunt Samii ii, qui feruntur e tribu Aeschrionia esse, septem dierum per arenas itinere distantem Thebis: quae regio vocatur lingua Graeca μακάρων νῆσος, *beatorum insula*. in hunc locum dicitur pervenisse exercitus. Deinceps quid de eo actum sit, praeter ipsos Ammonios et eos qui ab his audierunt, nulli alii habent

γον. πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Καμβύσης, δείσας τὴν ἀλληλοφαγίην, ἀπεὶς τὸν ἐπ' Αἰθίοπας στόλον, ὀπίσω ἐπορεύετο. καὶ ἀπικνέεται ἐς Θήβας, πολλοὺς ἀπολέσας τοῦ στρατοῦ. ἐκ Θηβῶν δὲ καταβὰς[c] ἐς Μέμφιν, τοὺς Ἕλληνας ἀπῆκε ἀποπλέειν. ὁ μὲν ἐπ' Αἰθίοπας στόλος οὕτω ἔπρηξε.

κϛʹ. Οἳ δ' αὐτέων ἐπ' Ἀμμωνίους ἀποσταλέντες στρατεύεσθαι, ἐπεί τε ὁρμηθέντες ἐκ τῶν Θηβῶν, ἐπορεύοντο ἔχοντες ἀγωγοὺς, ἀπικόμενοι μὲν φανεροί εἰσι ἐς Οασιν πόλιν, τὴν ἔχουσι μὲν Σάμιοι τῆς Αἰσχριωνίης φυλῆς λεγόμενοι εἶναι· ἀπέχουσι δὲ ἑπτὰ ἡμερέων ὁδὸν ἀπὸ Θηβῶν διὰ ψάμμου. ὀνομάζεται δὲ ὁ χῶρος οὗτος κατὰ Ἑλλήνων γλῶσσαν, Μακάρων νῆσος. ἐς μὲν δὴ τοῦτον τὸν χῶρον λέγεται ἀπικέσθαι τὸν στρατόν. τὸ ἐνθεῦτεν δὲ, ὅτι μὴ αὐτοὶ Ἀμμώνιοι, καὶ οἱ τούτων ἀκούσαντες, ἄλλοι οὐδένες οὐδὲν ἔχουσι εἰπεῖν περὶ

[c] ἐκ Θηβῶν (sic nunc ediderunt, at mox bis Θηβαίων, pro quo id quod posui, reperi in MS. longe quidem melius, et ter) δὲ ἐπορεύοντο ἔχοντες ἀγωγούς. ζ καταβάς.

αὐτέων. ὔτε γὰρ ἐς τὺς Αμμωνίυς ἀπίκοντο, ὔτε ὀπίσω ἐνόστησαν. λέγεται δὲ καὶ τάδε ὑπ᾽ αὐτέων Αμμωνίων· ἐπειδὴ ἐκ τῆς Οάσιος ταύτης ἰέναι διὰ τῆς ψάμμυ ἐπὶ σφέας, γενέσθαί τε αὐτὺς μεταξύ κυ μάλιστα αὐτέων τε καὶ τῆς Οάσιος· ἄριστον αἱρεομένοισι αὐτέοισι ἐπιπνεῦσαι [a] νότον μέγαν τε καὶ ἐξαίσιον, φορέοντα δὲ θῖνας τῆς ψάμμυ καταχῶσαί σφεας, καὶ τρόπῳ τοιούτῳ ἀφανισθῆναι. Αμμώνιοι μὲν οὕτω λέγουσι γενέσθαι περὶ τῆς στρατιῆς ταύτης.

κζ΄. Απιγμένυ δὲ Καμβύσεω ἐς Μέμφιν, ἐφάνη Αἰγυπτίοισι ὁ Απις, τὸν Ἕλληνες Επαφον καλέυσι. ἐπιφανέος δὲ τύτυ γενομένυ, αὐτίκα οἱ Αἰγύπτιοι εἵματα ἐφόρεον τὰ κάλλιστα, καὶ ἦσαν ἐν θαλίῃσι. ἰδὼν δὲ ταῦτα τὺς Αἰγυπτίυς ποιεῦντας ὁ Καμβύσης, πάγχυ σφέας καταδόξας, ἑωϋτῦ κακῶς πρήξαντος, χαρμόσυνα ταῦτα ποιέειν, ἐκάλεσε τοὺς ἐπιτρόπους τῆς

[a] ἄριστον δὲ αἱρεομένοισι αὐτοῖσι ἐπιπνεῦσαι

quicquam de illis dicere. Nam neque ad Ammonios pervenerunt, neque retro reverſi ſunt. Ab ipſis autem Ammoniis etiam hoc fertur, quum illi ex urbe iſta Oaſi per arenam iter adverſus ipſos facerent, jamque medio fere ſpatio inter Oaſin et Ammonios pranderent, ingruiſſe magnum ac validum auſtrum, et ingeſtis arenae cumulis eos obruiſſe, atque hunc in modum illos e conſpectu ſublatos. ita actum eſſe de hoc exercitu Ammonii memorant.

27. Cambyſe autem Memphin regreſſo, Apis, (quem Graeci vocant Epaphon) apparuit. Aegyptii, quum Apis extitiſſet, veſtimenta quampulcherrima ferebant, et celebrando feſto operam dabant. Id tunc facientes Aegyptios Cambyſes intuens, et omnino ratus illos ob res a ſe male geſtas eſſe in his gaudiis; praepoſitos arceſſit urbis Memphis; quos,

ubi praesto fuerunt, interrogabat, quid ita, quum antea se apud Memphin agente nihil tale fecissent, tunc vero, postea quam ipse rediisset parte copiarum amissa. Illi dicere, ipsis deum adesse conspicuum; longo autem temporis intervallo apparere solitum, et quum id fit, tunc omnes Aegyptios solennem celebrare laetitiam. Haec ubi audiit Cambyses, mentiri eos respondit, ac tanquam mentientes morte mulctavit.

28. His interemptis, mox jussit sacerdotes in conspectum venire. quibus eadem referentibus, dixit, Siquis deus mansuetus ad Aegyptios veniret, fore ut se non lateret. Haec loquutus jussit sacerdotes adducere Apin. illi ad eum ducendum perrexerunt. Est autem hic Apis, idemque Epaphus, e vacca juvencus genitus quae nullam dum aliam potest admittere genituram: eamque Aegyptii ajunt

Μέμφιος· ἀπικομένους δὲ ἐς ὄψιν εἴρετο ὅτι πρότερον μὲν ἐόντος αὐτοῦ ἐν Μέμφι ἐποίευν τοιοῦτον οὐδὲν Αἰγύπτιοι, τότε δὲ, ἐπεὶ αὐτὸς παρείη τῆς ϛρατιῆς πλῆθός τι ἀποβαλών. οἱ δὲ ἔφραζον ὥς σφι Θεὸς εἴη [b] φανεὶς, διὰ χρόνου πολλοῦ ἐωθὼς ἐπιφαίνεσθαι· καὶ ὡς ἐπεὰν φανῇ, τότε πάντες οἱ Αἰγύπτιοι κεχαρηκότες ὁρτάζοιεν. ταῦτα ἀκούσας ὁ Καμβύσης, ἔφη ψεύδεσθαί σφεας, καὶ ὡς ψευδομένους, θανάτῳ ἐζημίου.

κη΄. Ἀποκτείνας δὲ τούτους, δεύτερα τοὺς ἱρέας ἐκάλεε ἐς ὄψιν. λεγόντων δὲ κατὰ τὰ αὐτὰ τῶν ἱρέων, οὐ λήσειν ἔφη αὐτὸν, εἰ Θεός τις χειροήθης ἀπιγμένος εἴη Αἰγυπτίοισι. τοσαῦτα δὲ εἴπας, ἐπάγειν ἐκέλευε τὸν Ἆπιν τοὺς ἱρέας. οἱ μὲν δὴ μετῆσαν ἄξοντες. ὁ δὲ Ἆπις οὗτος ὁ Ἔπαφος, γίνεται μόσχος ἐκ βοὸς ἥτις οὐκέτι οἵη τε γίνεται ἐς γαϛέρα ἄλλον βάλλεσθαι γόνον. Αἰγύπτιοι δὲ λέγουσι σέλας ἐπὶ τὴν

[b] Θεὸς παρείη.

βοῦν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατίσχειν, καί μιν ἐκ τούτου τίκτειν τὸν Ἆπιν. ἔχει δὲ ὁ μόσχος οὗτος ὁ Ἆπις καλεόμενος σημήϊα τοιάδε· ἐὼν μέλας [c], ἐπὶ μὲν τῷ μετώπῳ λευκὸν τετράγωνον· ἐπὶ [d] δὲ τοῦ νώτου, αἰετὸν εἰκασμένον· ἐν δὲ τῇ οὐρῇ, τὰς τρίχας διπλᾶς, ἐπὶ δὲ τῇ γλώσσῃ, κάνθαρον.

κθ΄. Ὡς δὲ ἤγαγον τὸν Ἆπιν οἱ ἱρέες, ὁ Καμβύσης, οἷα ἐὼν ὑπομαργότερος, σπασάμενος τὸ ἐγχειρίδιον, θέλων τύψαι τὴν γαστέρα τοῦ Ἄπιος, παίει τὸν μηρόν. γελάσας δὲ, εἶπε πρὸς τοὺς ἱρέας, ‛ Ω κακαὶ κεφαλαὶ, οὗτοι οἱ θεοὶ [e] γίνονται ἔναιμοί τε καὶ σαρκώδεες, καὶ ἐπαΐοντες σιδηρίων; ἄξιος μέν γε Αἰγυπτίων οὗτος γε ὁ θεός [f]. ἀτάρ τοι ὑμεῖς γε οὐ χαίροντες, γέλωτα ἐμὲ θήσεσθε.’ ταῦτα εἴπας, ἐνετείλατο τοῖσι ταῦτα πρήσσουσι, τοὺς μὲν ἱρέας ἀπομαστιγῶσαι, Αἰ-

[c] μέγας. [d] τετράγωνον φορέει· ἐπί. [e] κεφαλαί, τοιοῦτοι θεοί. [f] οὗτος ὁ θεός.

fulgure ex coelo tangi, et ictam parere ex eo Apin. Habet autem hic vitulus qui appellatur Apis, haec ſigna: eſt bene niger, in fronte album figurae quadratae: in tergo effigiem aquilae, in cauda duplices pilos, in lingua ſcarabeum.

29. Poſteaquam Apin ſacerdotes duxere, Cambyſes veluti vecordior, educto gladiolo quum vellet ferire ventrem ejus, femur percuſſit, cachinnanſque ad ſacerdotes inquit, ‘ O capita nequam! hujuſ-
‘ cemodi dii exiſtunt, ſanguine atque car-
‘ ne praediti, et ferrum ſentientes? dignus
‘ nimirum Aegyptiis hic deus. vos certe
‘ me ludibrio habuiſſe non juvabit.’ Haec loquutus imperavit iis quorum hoc munus erat, ut ſacerdotes quidem acriter flagris caederent; ceteros autem Aegy-

ptios ut quemque feſto deditum adipiſcerentur, occiderent. Ita feſtum ſane ſolutum eſt Aegyptiis, ſacerdotes mulcati: Apis ſauciatus femur, in templo jacens extabuit; quem e vulnere extinctum tumulavere ſacerdotes clam Cambyſe.

30. Ob hoc ſcelus, (ut Aegyptii ajunt) continuo Cambyſes inſaniit: qui ne antea quidem compos mentis fuerat. Et primo quidem pravum impetum vertit in Smerdin, ex eiſdem parentibus fratrem, quem ex Aegypto remiſerat in Perſas, livore commotus, quod ille Perſarum ſolus arcum, quem Ichthyophagi ab Aethiope tulerant, ad duos fere digitos adduceret: quod nemo alius e Perſis poterat. Smerdi igitur in Perſidem profecto, hanc vidit in ſomnis Cambyſes viſionem: Nuncius quidam e Perſis veniens, ei nunciare

γυπτίων δὲ τῶν ἄλλων τὸν ἂν λάβωσι ὁρτάζοντα κτείνειν. ὁρτὴ μὲν δὴ διελέλυτο [a] Αἰγυπτίοισι· οἱ δὲ ἱρέες ἐδικαιεῦντο. ὁ δὲ Ἆπις πεπληγμένος τὸν μηρὸν, ἔφθινε ἐν τῷ ἱρῷ κατακείμενος. καὶ τὸν μὲν, τελευτήσαντα ἐκ τȣ̃ τρώματος, ἔθαψαν οἱ ἱρέες λάθρη Καμβύσεω.

λ΄. Καμβύσης δὲ, ὡς λέγουσι Αἰγύπτιοι, διὰ τοῦτο τὸ ἀδίκημα αὐτίκα ἐμάνη, ἐὼν οὐδὲ πρότερον φρενήρης. καὶ πρῶτα μὲν τῶν κακῶν ἐξεργάσατο τὸν ἀδελφεὸν Σμέρδιν, ἐόντα πατρὸς καὶ μητρὸς τῆς αὐτῆς· τὸν ἀπέπεμψε ἐς Πέρσας φθόνῳ ἐξ Αἰγύπτου, ὅτι τὸ τόξον [b] μοῦνος Περσέων ὅσον τε ἐπὶ δύο δακτύλους εἴρυσε, ὃ παρὰ [c] τοῦ Αἰθίοπος ἤνεικαν οἱ Ἰχθυοφάγοι· τῶν δὲ ἄλλων Περσέων οὐδεὶς οἷός τε ἐγένετο. ἀποιχομένου ὦν ἐς Πέρσας τοῦ Σμέρδιος, ὄψιν εἶδε ὁ Καμβύσης ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε· ἔδοξέ οἱ ἄγγελον ἐλθόντα ἐκ Περσέων ἀγγέλλειν ὡς

[a] μὲν διελέλυτο. [b] ὅτε τόξον. [c] ἄρυσε, τὸ παρά.

ἐν τῷ θρόνῳ τῷ βασιληΐῳ ἱζόμενος Σμέρδις, τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ ψαύσειε. πρὸς ὧν ταῦτα, δείσας περὶ ἑωϋτοῦ μή μιν ἀποκτείνας ὁ ἀδελφεὸς ἄρξῃ, πέμπει Πρηξάσπεα ἐς Πέρσας (ὃς οἱ ἦν ἀνὴρ Περσέων πιστότατος) ἀποκτενέοντά μιν. ὁ δὲ, ἀναβὰς ἐς Σοῦσα, ἀπέκτεινε Σμέρδιν. οἱ μὲν λέγουσι, ἐπ' ἄγρην ἐξαγαγόντα· οἱ δὲ, ἐς τὴν Ἐρυθρὴν θάλασσαν προσαγαγόντα καταποντῶσαι. πρῶτον μὲν δὴ λέγουσι Καμβύσῃ τῶν κακῶν ἄρξαι τοῦτο.

λα'. Δεύτερα δὲ, ἐξεργάσατο τὴν ἀδελφεὴν, ἐπισπομένην οἱ ἐς Αἴγυπτον, τῇ καὶ συνοίκεε, καὶ ἦν οἱ ἀπ' ἀμφοτέρων ἀδελφεή. ἔγημε δὲ αὐτὴν ὧδε· οὐδαμῶς γὰρ ἐώθεσαν πρότερον τῇσι ἀδελφεῇσι συνοικέειν οἱ Πέρσαι. ἠράσθη μιῆς τῶν ἀδελφεῶν Καμβύσης· καὶ ἔπειτα βουλόμενος αὐτὴν γῆμαι, ὅτι οὐκ ἐωθότα ἐπενόεε ποιήσειν, εἴρετο καλέσας τοὺς βασιληΐους δικαστὰς, εἴτις ἐστὶ κελεύων νόμος τὸν βου-

eſt viſus, Smerdin in regio ſedentem ſolio coelum contigiſſe vertice. Ob id Cambyſes ſibi metuens, ne ſe necato a fratre occuparetur imperium, ad illum interimendum mittit in Perſas Prexaſpem, ſibi ex Perſis virum fideliſſimum. Hic ubi Suſa aſcendit, Smerdin necandum curavit, ut quidam ajunt, quum eduxiſſet venatum: quidam, quum ad mare rubrum duxiſſet, demerſiſſe. Et hoc quidem initium malorum Cambyſis extitiſſe ferunt.

31. Secundum autem perpetravit in ſorore, in Aegyptum eum ſequuta: quae et uxor et ex eiſdem parentibus erat ſoror; quam hunc in modum duxerat. Antehac enim Perſae nequaquam conſueverant ſorores in matrimonium accipere. Cambyſes, unius ſororum amore captus, cupiduſque deinde ducendi illam uxorem, quum rem inſolitam cogitaret efficere, arceſſit eos qui regii judices nomi-

nantur. Hos Cambyſes percontatur, num qua lex ſit quae jubeat volentem cum ſorore contrahere matrimonium. Hi autem regii judices, probati e Perſis viri, ſuntque perpetui, donec moriantur; aut injuſtum aliquid in illis compertum fuerit. Iſti apud Perſas inter litigantes et legum patriarum ſunt interpretes, et ad eos omnia referuntur. Percunctanti igitur Cambyſi et juſte et caute illi reſpondebant, negantes ullam ſe invenire legem, quae jubeat fratrem ducere ſororem: tamen inveniſſe aliam legem, qua liceat regi Perſarum facere quicquid libeat. Ita neque legem ſolverunt metu Cambyſis: et ne legem tuentes ipſi perirent, aliam adinvenerunt adjutricem ejus qui ſorores in matrimonium ducere vellet. Tunc itaque Cambyſes eam quam amabat accepit uxorem, et poſt non multum temporis habuit alteram. Harum juniorem quae ipſum in Aegyptum comitata eſt, interemit.

λόμενον ἀδελφεῇ συνοικέειν. οἱ δὲ βασιλήϊοι δικασαὶ, κεκριμένοι ἄνδρες γίνονται Περσέων, ἐς οὗ ἀποθάνωσι, ἤ σφι παρευρεθῇ [d] τι ἄδικον μέχρι τούτων. οὗτοι δὲ τοῖσι δίκας δικάζουσι καὶ ἐξηγηταὶ τῶν πατρίων θεσμῶν γίνονται, καὶ πάντα ἐς τούτους ἀνακέεται. εἰρομένου ὦν τοῦ Καμβύσεω, ὑπεκρίνοντο [e] αὐτῷ οὗτοι καὶ δίκαια καὶ ἀσφαλέα· φάμενοι, νόμον οὐδένα ἐξευρίσκειν ὃς κελεύει ἀδελφεῇ συνοικέειν ἀδελφεόν· ἄλλον μέν τοι ἐξευρηκέναι νόμον, τῷ βασιλεύοντι Περσέων ἐξεῖναι ποιέειν τὰ ἂν βούληται. οὕτω οὔτε τὸν νόμον ἔλυσαν, δείσαντες Καμβύσεα· ἵνατε μὴ αὐτοὶ ἀπόλωνται τὸν νόμον περιστέλλοντες, παρεξεῦρον ἄλλον νόμον σύμμαχον τῷ θέλοντι γαμέειν ἀδελφεάς. τότε μὲν δὴ ὁ Καμβύσης ἔγημε τὴν ἐρωμένην. μετὰ μέν τοι οὐ πολλὸν χρόνον ἔσχε ἄλλην ἀδελφεήν. τουτέων δῆτα τὴν νεωτέρην ἐπισπομένην οἱ ἐπ' Αἴγυπτον κτείνει.

[d] ἤν σφι μὴ παρευρεθῇ. [e] ὑπεκρίναντο.

λέ. Αμφὶ δὲ τῷ θανάτῳ αὐτῆς διξὸς (ὥσπερ περὶ Σμέρδιος) ἐκφέρεται λόγος. Ἕλληνες μὲν λέγουσι [a] Καμβύσεα συμβαλέειν σκύμνον λέοντος σκύλακι κυνός· θεωρέειν δὲ καὶ τὴν γυναῖκα ταύτην. νικωμένου δὲ τοῦ σκύλακος, ἀδελφεὸν αὐτοῦ ἄλλον σκύλακα, ἀποῤῥήξαντα τὸν δεσμὸν, παραγενέσθαί οἱ· δύο δὲ γενομένους οὕτω δὴ τοὺς σκύλακας ἐπικρατῆσαι τοῦ σκύμνου. καὶ τὸν μὲν Καμβύσεα ἥδεσθαι θεώμενον· τὴν δὲ παρημένην δακρύειν. Καμβύσεα δὲ μαθόντα τοῦτο, ἐπείρεσθαι διότι δακρύοι· τὴν δὲ εἰπεῖν, ὡς ἰδοῦσα τὸν σκύλακα τῷ ἀδελφεῷ τιμωρήσαντα, δακρύσειε, μνησθεῖσά τε Σμέρδιος, καὶ μαθοῦσα ὡς κείνῳ οὐκ εἴη ὁ τιμωρήσων. Ἕλληνες μὲν δὴ διὰ τοῦτο τὸ ἔπος φασὶ αὐτὴν ἀπολέσθαι ὑπὸ Καμβύσεω. Αἰγύπτιοι δὲ, ὡς τραπέζῃ περικατημένων, λαβοῦσαν θρίδακα τὴν γυναῖκα περιτεῖλαι [b]· καὶ ἐπανείρεσθαι τὸν ἄνδρα, κότερον [c] περιτετιλμένη ἡ θρίδαξ,

[a] μὲν γὰρ λέγουσι. [b] περιτίλαι. [c] κότερα.

32. Cujus mors, quemadmodum illa Smerdis, anceps refertur. Graeci siquidem ajunt, dum Cambyses duos catulos, alterum leonis, alterum canis, committit, hanc interfuisse spectaculo: et quum caninus catulus superaretur, alterum catulum hujus fratrem abrupto loro supervenisse; et quum duo essent, ita superiores catulos leunculo extitisse. Et Cambyse, dum id cernit, capiente voluptatem, hanc ei assidentem illacrymasse. Ea re animadversa, Cambysem interrogasse quidnam lacrymaretur: et mulierem dixisse, se viso catulo suppetias fratri ferente, ideo flere quod subierit memoria Smerdis, cujus sciret neminem fore ultorem. Ob hoc dictum Graeci illam a Cambyse fuisse interemptam memorant: Aegyptii vero ob id quod quum ad mensam discumberetur, mulier lactucam sumpsit, ejusque decerptis foliis, virum interrogavit utrum

discerpta lactuca an densa pulchrior foret: quum hic respondisset, densa; 'Hanc, inquit, lactucam aliquando imitatus es, qui Cyri domum denudasti.' Ibi Cambysem indignatione percitum, insiluisse calcibus in praegnantem, eamque abortu edito decessisse.

33. Ita Cambyses in domesticis insaniit, sive id propter Apin, sive aliunde, qualia multa humanis mala contingere solent. Etenim fertur Cambyses ab ipsis natalibus grandi quodam laborasse morbo, quem quidam sacrum nominant: ut haud ab fide fuerit, quum corpus magna infirmitate correptum esset, ejus nec mentem sanam fuisse.

34. At in alios quoque Persas haec insanivit; narratur enim dixisse Prexaspi, quem praecipuo honore prosequebatur, et qui ad eum nuncios perferebat: et cujus filius pincerna Cambysis erat, qui honos et ipse non parvus est. Fertur autem

ἢ δασεῖα, εἴη καλλίων [d]. καὶ τὸν Φάναι, δασεῖα· τὴν δ' εἰπεῖν, ‘ Ταύτην μέν τοί ‘ κοτε [e] σὺ τὴν θρίδακα ἐμιμήσαο, τὸν ‘ Κύρου οἶκον ἀποψιλώσας.’ τὸν δὲ θυμωθέντα, ἐμπηδῆσαι αὐτῇ ἐχούσῃ ἐν γαστρὶ, καί μιν ἐκτρώσασαν ἀποθανεῖν.

λγ'. Ταῦτα μὲν ἐς τοὺς οἰκηίους ὁ Καμβύσης ἐξεμάνη, εἴτε δὲ διὰ τὸν Ἄπιν, εἴτε καὶ ἄλλως, οἷα πολλὰ ἐώθεε [f] ἀνθρώπους κακὰ καταλαμβάνειν. καὶ γάρ τινα ἐκ γενεῆς νοῦσον μεγάλην λέγεται ἔχειν ὁ Καμβύσης, τὴν ἱρὴν ὀνομάζουσί τινες. οὔ νύν τοι ἀεικὲς οὐδὲν ἦν, τοῦ σώματος νοῦσον μεγάλην νοσέοντος, μηδὲ τὰς φρένας ὑγιαίνειν.

λδ'. Τάδε δ' ἐς τοὺς ἄλλους Πέρσας ἐξεμάνη. λέγεται γὰρ εἰπεῖν αὐτὸν πρὸς Πρηξάσπεα, τὸν ἐτίμα τε μάλιστα, καί οἱ τὰς ἀγγελίας ἐφόρεε οὗτος. τούτου τε ὁ παῖς οἰνοχόος ἦν τῷ Καμβύσῃ· τιμὴ δὲ καὶ αὕτη [g] οὐ σμικρή. εἰπεῖν δὲ λέγεται

[d] εἴη μέων. [e] ταύτην μὲν δή κοτε. [f] ἴωθε. [g] τιμὴ δὲ αὕτη.

τάδε, ‘ Πρήξασπες, κοῖον μέ τινα νομί-
‘ ζουσι Πέρσαι εἶναι ἄνδρα; τίνας τε λό-
‘ γους περὶ ἐμέο ποιεῦνται;’ τὸν δὲ εἰ-
πεῖν, ‘ Ὦ δέσποτα, τὰ μὲν ἄλλα πάντα
‘ μεγάλως ἐπαινέεαι, τῇ δὲ φιλοινίῃ [a] σε
‘ φασὶ πλεόνως προσκέεσθαι.’ τὸν μὲν δὴ
λέγειν ταῦτα περὶ Περσέων· τὸν δὲ θυ-
μωθέντα, τοιάδε [b] ἀμείβεσθαι, ‘ Νῦν ἄρα
‘ με φασὶ οἴνῳ προσκείμενον παραφρονέειν,
‘ καὶ οὐκ εἶναι νοήμονα. οὐδ᾽ ἄρα σφέων οἱ
‘ πρότεροι λόγοι ἦσαν ἀληθέες.’ πρότερον
γὰρ δὴ ἄρα Περσέων οἱ συνέδρων ἐόντων, καὶ
Κροίσου, εἴρετο Καμβύσης κοῖός τις δοκέοι [c]
ἀνὴρ εἶναι πρὸς τὸν πατέρα τελέσαι Κῦ-
ρον· οἱ δὲ ἀμείβοντο ὡς εἴη ἀμείνων τοῦ
πατρός· τά τε γὰρ ἐκείνου πάντα ἔχειν
αὐτὸν, καὶ προσεκτῆσθαι Αἴγυπτόν τε καὶ
τὴν θάλασσαν. Πέρσαι μὲν ταῦτα ἔλε-
γον. Κροῖσος δὲ παρεὼν τε καὶ οὐκ ἀρεσκό-
μενος τῇ κρίσει, εἶπε πρὸς τὸν Καμβύ-
σέα τάδε, ‘ Ἐμοὶ μέν νυν, ὦ παῖ Κύρου,

[a] φιλονεικίῃ. [b] τοῖσδε. [c] δοκέει.

dixiſſe iſta ; ' ô Prexaſpes, quemnam virum Perſae me eſſe cenſent ? aut qualem de me ſermonem habent ?' Et iſte reſpondiſſe, ' ô Domine, cetera quidem omnia in te magnis laudibus ferunt ; ſed nimis te vino deditum ajunt eſſe.' Haec ille de Perſis dicebat. Quibus ille indignatus, ' Siccine, reſpondit, me ajunt vino deditum deſipere, nec mentis eſſe compotem ? ergo in eo quod prius dixerunt, non veri fuere.' Nam Perſas conſiliarios ſuos, in quibus et Croeſum, antea interrogarat Cambyſes, qualis ipſe videretur eſſe vir ad patrem Cyrum conſummandum. Et illi reſponderant, eum patre eſſe praeſtantiorem ; qui et omnia illius haberet, et Aegypti ac maris acceſſionem adjeciſſet. Haec quidem Perſae dicebant. Sed Croeſus qui aderat, diſplicente ei quae dicebatur ſententia, ad Cambyſem inquit, ' Mihi tu quidem, Cyro ge-

'nite, non videris adaequandus esse patri: 'nondum enim tibi est filius qualem ille 'te reliquit.' Hoc Cambyses delectatus, Croesi sententiam approbavit.

35. Quorum nunc reminiscens, ad Prexaspem iratus inquit; 'Intellige nunc 'ipse, nunquid Persae vera dicant, an 'haec dicentes ipsi desipiant. Nam si fi- 'lii tui qui in anteforibus stat, medium 'cor non frustrato ictu percussero, con- 'stabit nihil Persas dicere: sin aberrave- 'ro, constabit Persas vera loqui, et me 'esse male sanum.' Hoc loquutus, intendit arcum, puerumque percussit: atque eum collapsum jussit discindi, et inspici ictum. quumque in corde sagitta esset inventa, ob id laetabundus atque cachinnans, ad patrem pueri inquit; 'Pre- 'xaspes, facta est tibi fides non me insa- 'nire, sed Persas delirare. Verum nunc

‘ ȣ̓ δοκέεις ὅμοιος εἶναι τῷ πατέρι. ȣ̓ γάρ
‘ κω τοι ἐςὶ ὑὸς οἷόν σε ἐκεῖνος κατελίπε-
‘ το.’ ἥσθη τε ταῦτα ὁ [d] Καμβύσης, καὶ
ἐπαίνεε τὴν Κροίσȣ κρίσιν.

λέ. Τȣ́των δὴ ὦν ἐπιμνησθέντα, ὀργῇ λέγειν πρὸς τὸν Πρηξάσπεα, ‘ Σὺ νῦν
‘ μάθε εἰ λέγουσι Πέρσαι ἀληθέα, εἴτε
‘ αὐτοὶ λέγοντες ταῦτα παραφρονέουσι.
‘ εἰ μὲν γὰρ τȣ͂ παιδὸς τȣ͂ σȣ͂ τȣ͂δε ἑςεῶ-
‘ τος ἐν τοῖσι προθύροισι βαλὼν τύχοιμι
‘ μέσης τῆς καρδίης, Πέρσαι φανέονται
‘ λέγοντες οὐδέν· ἢν δὲ ἁμάρτω, φάναι τε
‘ Πέρσας λέγειν ἀληθέα, καί με μὴ σω-
‘ φρονέειν.’ ταῦτα δὲ εἰπόντα, καὶ διατείναντα τὸ τόξον, βαλέειν τὸν παῖδα· πεσόντος δὲ τȣ͂ παιδὸς, ἀνασχίζειν αὐτὸν κελεύειν, καὶ σκέψασθαι τὸ βλῆμα. ὡς δὲ ἐν τῇ καρδίῃ εὑρεθῆναι ἐνεόντα τὸν ἰὸν, εἰπεῖν πρὸς τὸν πατέρα τȣ͂ παιδὸς, γελάσαντα, καὶ περιχαρέα γενόμενον, ‘ Πρήξα-
‘ σπες, ὡς μὲν ἔγωγε ȣ̓ μαίνομαι, Πέρσαι

[d] ταῦτα ἀκύσας ὁ.

‘ τε παραφρονέουσι, δῆλά τοι γέγονε. νῦν
‘ δέ μοι εἰπὲ τίνα εἶδες ἤδη πάντων ἀν-
‘ θρώπων οὕτως ἐπίσκοπα τοξεύοντα.’
Πρηξάσπεα δὲ ὁρέοντα ἄνδρα οὐ φρενήρεα,
καὶ περὶ ἑωϋτῷ δειμαίνοντα, εἰπεῖν, ‘ Δέ-
‘ σποτα, οὐδ᾽ ἂν αὐτὸν ἔγωγε δοκέω τὸν
‘ θεὸν οὕτω ἂν καλῶς βαλέειν. τότε μὲν
‘ ταῦτα ἐξεργάσατο.’ ἑτέρωθι δὲ Περσέων
ὁμοίως τοῖσι πρώτοισι δυώδεκα ἐπ᾽ οὐδεμιῇ
αἰτίῃ ἀξιόχρεῳ ἑλὼν, ζώοντας ἐπὶ κεφα-
λὴν κατώρυξε.

λϛ΄. Ταῦτα δέ μιν ποιεῦντα ἐδικαίω-
σε Κροῖσος ὁ Λυδὸς νουθετῆσαι τοῖσδε τοῖσι
ἔπεσι, ‘ Ὦ βασιλεῦ, μὴ πάντα ἡλικίῃ καὶ
‘ θυμῷ ἐπίτρεπε· ἀλλ᾽ ἴσχε καὶ κατα-
‘ λάμβανε σεωϋτὸν, ἀγαθόν τε [e] πρόνοον
‘ εἶναι. σοφὸν δὲ ἡ προμηθείη. σὺ δὲ κτεί-
‘ νεις μὲν ἄνδρας σεωϋτοῦ πολιήτας [f] ἐπ᾽
‘ οὐδεμιῇ αἰτίῃ ἀξιόχρεῳ ἑλὼν, κτείνεις δὲ
‘ παῖδας. ἢν δὲ πολλὰ τοιαῦτα ποιέῃς,
‘ ὅρα ὅκως μή σευ ἀποστήσωνται Πέρσαι. ἐ-

[e] ἀγαθῶν τε. [f] πολιήτας.

'mihi dicito, quemnam ex omnibus ho- 'minibus jam noris ita ad destinatum e- 'mittere sagittas.' Prexaspes hominem advertens esse vesanum, et de se timens, 'Here, inquit, ego ne deum quidem ar- 'bitror tam probe sagittare.' Et tunc quidem hoc perpetravit. Altero die, duodecim Persarum primores similiter ob nullum dignum crimen necavit, vivos in caput defodiens.

36. Haec eum facientem Croesus Lydus censuit his verbis admonendum, 'ô Rex, cuncta noli aetati atque irae in- 'dulgere: sed cohibe et compesce teip- 'sum. Conducit tibi te providum esse: 'et sapientis est prospicere: tu vero viros 'interficis tuos populares ob nullam dig- 'nam caussam, interficis pueros: qualia 'si multa facies, considera ne abs te de- 'ficiant Persae. Enimvero pater tuus Cy-

'rus, etiam atque etiam mandans, mihi 'praecepit, ut te commonefacerem, sub'jiciendo quicquid boni comperirem.' Hoc illi Croesus benevolentiam prae se ferens consulebat. Ad quem Cambyses respondens, 'Etiam mihi tu, inquit, da're consilium audes, tanquam bene aut 'tuam ipsius patriam administraris, aut 'patri meo consulueris, jubens eum tra'jecto flumine Araxe tendere adversus 'Massagetas, quum illi vellent transire in 'terram nostram? Imo et teipsum male 'praesidentem patriae tuae, et Cyrum 'tibi credentem perdidisti. sed ob id ne'quaquam gaudens; quia olim jam de'bebam captare in te occasionem.' Cum hoc dicto arcum corripiebat velut eum confixurus. At Croesus cursu se foras proripuit. Hic ubi non proterat sagittare, mandat ministris ut illum comprehensum

‘ μοὶ δὲ πατὴρ σὸς Κῦρος ἐνετέλλετο πολ-
‘ λὰ, κελεύων σε νουθετέειν, καὶ ὑποτίθε-
‘ σθαι ὅ,τι ἂν εὑρίσκω ἀγαθόν.’ ὁ μὲν δὴ
εὔνοιαν φαίνων συνεβούλευέ οἱ ταῦτα· ὁ
δ’ ἀμείβετο τοῖσδε, ‘ Σὺ καὶ ἐμοὶ τολμᾷς
‘ συμβουλεύειν, ὃς χρηστῶς μὲν τὴν σεωϋ-
‘ τοῦ πατρίδα ἐπετρόπευσας, εὖ δὲ τῷ
‘ πατρὶ τῷ ἐμῷ συνεβούλευσας, κελεύων
‘ αὐτὸν Αράξην [a] ποταμὸν διαβάντα, ἰέ-
‘ ναι ἐπὶ Μασσαγέτας, βουλομένων ἐκεί-
‘ νων διαβαίνειν ἐς τὴν ἡμετέρην; καὶ ἀπὸ
‘ μὲν σεωϋτὸν ὤλεσας, τῆς σεωϋτοῦ πατρί-
‘ δος κακῶς προστάς, ἀπὸ δὲ ὤλεσας Κῦ-
‘ ρον, πειθόμενόν σοι. ἀλλ’ οὔτι χαίρων [b].
‘ ἐπεί τοι καὶ πάλαι ἐς σε προφάσιός τευ
‘ ἐδεόμην ἐπιλαβέσθαι.’ ταῦτα δὲ [c] εἴ-
πας, ἐλάμβανε τὸ τόξον ὡς κατατοξεύσων
αὐτόν. Κροῖσος δὲ ἀναδραμὼν ἔθεε ἔξω. ὁ
δὲ, ἐπεί τε τοξεῦσαι οὐκ εἶχε, ἐνετείλα-
το τοῖσι θεράπουσι λαβόντας μιν ἀποκτεῖ-

[a] Αράξεα. [b] οὔτοι χαίρων. [c] Hae tres voces ἐπιλαβέσθαι. ταῦτα δὲ absunt a MS.

ναι. οἱ δὲ θεράποντες, ἐπιςάμενοι τὸν τρόπον αὐτȣ̃, καταϰρύπτȣσι τὸν Κροῖσον· ἐπὶ τῶδε τῷ λόγῳ, ὥςε εἰ μὲν μεταμελήσει τῷ Καμϐύσῃ, ϰ ἐπιζητῇ [d] τὸν Κροῖσον, οἱ δὲ, ἐκφήναντες αὐτὸν, δῶρα λάμψονται ζωάγρια Κροίσȣ· ἢν δὲ μὴ [e] μεταμελῆται, μηδὲ ποθῇ μιν, τότε καταχρῆσθαι. ἐπόθησέ τε δὴ ὁ Καμϐύσης τὸν Κροῖσον ȣ̓ πολλῷ μετέπειτα χρόνῳ ὕςερον, ϰ οἱ θεράποντες μαθόντες τȣ̃το, ἐπηγγέλλοντο αὐτῷ ὡς περιείη. Καμϐύσης δὲ Κροίσῳ μὲν συνήδεσθαι ἔφη περιεόντι, ἐκείνους μέν τοι τοὺς περιποιήσαντας οὐ καταπροΐξεσθαι, ἀλλ' ἀποκτενέειν· ϰ ἐποίησε ταῦτα.

λζ. Ὁ μὲν δὴ τοιαῦτα πολλὰ ἐς Πέρσας τε ϰ τȣ̀ς ξυμμάχȣς ἐξεμαίνετο, μένων ἐν Μέμφι· ϰ θήκας τε παλαιὰς ἀνοίγων, ϰ σκεπτόμενος τȣ̀ς νεκρȣ̀ς. ὡς δὲ δὴ ϰ ἐς τὸ Ἡφαίςȣ ἱρὸν [f] ἦλθε, καὶ πολλὰ τῷγάλματι κατεγέλασε· ἔςι γὰρ τȣ̃ Ἡ-

[d] ἐπιζητοίη. [e] ἢν μὲν δὴ μή. [f] ἐς δὲ δὴ καὶ Ἡφαίςȣ τὸ ἱρόν.

interimant. Miniſtri, qui mores ejus noſſent, Croeſum abdiderunt: hac ratione, ut ſi Cambyſes facti poenitens requireret Croeſum, eo producto donis afficerentur quod illum ſervaſſent: ſi non poeniteret, nec deſideraret, tunc hominem interficerent. Nec ita multo poſt quum Cambyſes deſideraret Croeſum, miniſtri hoc animadvertentes, enunciant ei hominem ſupereſſe. Cambyſes ſe quidem inquit Croeſo ſuperſtiti adgaudere, ſed iis qui illum ſervaſſent, veniam non daturum, ſed mortem allaturum: prout et fecit.

37. Multa hujuſmodi tam in Perſas quam in ſocios, Cambyſes inſanivit, Memphi deſidens, et vetuſta recludens ſepulcra, mortuoſque inſpiciens. Ut vero etiam templum Vulcani adiit, multo deriſu ſimulacrum illius quoque cavillatus eſt.

ſiquidem ſtatua Vulcani ſimillima eſt Pataicis Phoeniciis, quos in triremium proris Phoenices circumferunt: quos qui non vidit, hîc indico, eſſe illos Pygmaei viri imagine. In templum quoque Cabirorum, inacceſſum alteri quam ſacerdoti, ingreſſus eſt: et quae illic erant ſimulacra, multis in ea jocatus verbis, concremavit. Sunt autem et haec Vulcani ſimilia, hujus autem illos ajunt eſſe filios.

38. Undique igitur mihi clarum eſſe videtur Cambyſem vehementer inſaniſſe; non enim tentaſſet templa ac ritus habere ludibrio. Nam ſiquis univerſis hominibus praebeat facultatem optimas ex omnibus leges eligendi, profecto cunctas ſinguli rimati, ſuas eligerent. Ita exiſtimant quique longe pulcherrimas eſſe ſuas leges. Non igitur credibile eſt alium virum

Φαίςου τὤγαλμα τοῖσι Φοινικηΐοισι Παταϊκοῖσι ἐμφερέςατον, τοὺς οἱ Φοίνικες ἐν τῇσι πρώρῃσι τῶν τριήρεων περιάγουσι. ὃς δὲ τούτους μὴ ὀπώπεε,[a] ὧδε σημανέω· πυγμαίου ἀνδρὸς μίμησίς ἐςι. ἐσῆλθε δὲ καὶ ἐς τῶν Καβείρων τὸ ἱρὸν, ἐς τὸ οὐ θεμιτόν ἐςι ἐσιέναι ἄλλόν γε ἢ τὸν ἱρέα. ταῦτα δὲ τἀγάλματα καὶ ἐνέπρησε, πολλὰ κατασκώψας. ἔςι δὲ καὶ ταῦτα ὅμοια τοῦ[b] Ἡφαίςου. τούτου δέ σφεας παῖδας λέγουσι εἶναι.

λη΄. Πανταχῇ ὦν μοι δῆλά ἐςι ὅτι ἐμάνη μεγάλως ὁ Καμβύσης· οὐ γὰρ ἂν ἱροῖσί τε καὶ νομαίοισι ἐπεχείρησε καταγελᾷν. εἰ γάρ τις προθείη[c] πᾶσι ἀνθρώποισι ἐκλέξασθαι κελεύων νόμους τοὺς καλλίςους ἐκ τῶν πάντων νομῶν, διασκεψάμενοι ἂν ἑλοίατο ἕκαςοι τοὺς ἑωϋτῶν· οὕτω νομίζουσι πουλύ τι καλλίςους τοὺς ἑωϋτῶν νόμους ἕκαςοι εἶναι. οὐκ ὦν οἰκός ἐςι[d] ἀλλό

[a] ὀπώπεε, ἐγὼ δέ οἱ σημανέω. [b] ὅμοια τοῖσι τοῦ. [c] MS. προσθείη. [d] οἰκός ἐςι.

γε ἢ μαινόμενον ἄνδρα γέλωτα τοιαῦτα [a] τίθεσθαι. ὡς δὲ οὕτω νενομίκασι τὰ περὶ τοὺς νόμους πάντες ἄνθρωποι, πολλοῖσί τε καὶ ἄλλοισι τεκμηρίοισι πάρεστι σταθμώσασθαι, ἐν δὲ δὴ καὶ τῷδε· Δαρεῖος ἐπὶ τῆς ἑωϋτοῦ ἀρχῆς καλέσας Ἑλλήνων τοὺς παρεόντας, εἴρετο ἐπὶ κόσῳ [b] ἂν χρήματι βουλοίατο τοὺς πατέρας ἀποθνήσκοντας κατασιτέεσθαι· οἱ δὲ ἐπ' οὐδενὶ ἔφασαν ἔρδειν ἂν τοῦτο. Δαρεῖος δὲ μετὰ ταῦτα καλέσας Ινδῶν τοὺς καλεομένους Καλλατίας, οἳ τοὺς γονέας κατεσθίουσι, εἴρετο, παρεόντων τῶν Ἑλλήνων, καὶ δι' ἑρμηνέος μανθανόντων τὰ λεγόμενα, ἐπὶ τίνι χρήματι δεξαίατ' ἂν τελευτέοντας τοὺς πατέρας κατακαίειν πυρί· οἱ δὲ, ἀμβώσαντες μέγα, εὐφημεῖν μιν ἐκέλευον. οὕτω νῦν [c] ταῦτα νενόμισται· καὶ ὀρθῶς μοι δοκέει Πίνδαρος ποιῆσαι, νόμον πάντων βασιλέα φήσας εἶναι.

λθ'. Καμβύσεω δὲ ἐπ' Αἴγυπτον στρα-

[a] γέλωτα τὰ τοιαῦτα. [b] πόσῳ. [c] οὕτω μὲν νυν.

quam dementem, talia ludibrio habere. At ita de ſuis omnes homines legibus ſentire, licet cum multis aliis conjecturis colligere, tum etiam hac: Darius accitos qui in ſua ditione erant Graecos percontatus eſt, quanta pecunia vellent defunctis parentibus veſci: illis negantibus ulla ſe pecunia hoc eſſe facturos, Darius dehinc Graecis praeſentibus, et quae dicebantur per interpretem diſcentibus, vocatos ad ſe eos Indos qui Callatiae nominati veſcuntur parentibus, rogavit, quantum accipere pecuniarum vellent ut patres defunctos igne comburerent. Indi vehementer reclamantes, meliora illum ominari jubebant. Atque ita moribus comparatum eſt: recteque mihi videtur Pindarus in carmine feciſſe ut diceret Legem omnium eſſe regem.

39. Ceterum dum Cambyſes in

Aegypto bella gerit, Lacedaemonii quoque intulere bellum Samo et Polycrati Aeacis filio, qui Samum vi occupatam habebat, et urbem inter initia trifariam partitus erat cum fratribus, Pantagnoto et Sylosonte: quorum deinde altero necato, altero qui erat junior, Sylosonte ejecto, totam obtinebat Samon, et amicitiae inito foedere hospitii cum Amasi rege Aegypti, mittens munera, vicissimque ab eo accipiens: brevique statim tempore res ejus adeo processerunt, ut per Ioniam ceteramque Graeciam celebrarentur. Quocunque enim bellare intenderet, cuncta ei prospere cedebant, quum haberet centum naves quinquaginta remorum, mille sagittarios, invadens omnes sine ullo cujusquam discrimine: quod diceret se magis gratificaturum amico, si ei quae abstulisset redderet, quam si nihil omnino auferret. Multas itaque hic insulas, multa

τευομένυ, ἐποιήσαντο κὴ Λακεδαιμόνιοι στρατηΐην ἐπὶ Σάμον τε κὴ Πολυκράτεα τὸν Αἰάκεος, ὃς ἔσχε Σάμον ἐπαναστάς. καὶ τὰ μὲν πρῶτα τριχῆ δασάμενος τὴν πόλιν, τοῖσι ἀδελφεοῖσι Πανταγνώτῳ καὶ Συλοσῶντι ἔνειμε· μετὰ δὲ, τὸν μὲν αὐτέων ἀποκτείνας, τὸν δὲ νεώτερον Συλοσῶντα ἐξελάσας, ἔσχε πᾶσαν τὴν Σάμον. ἴσχων δὲ, ξεινηΐην Αμάσι τῷ Αἰγύπτου βασιλέϊ φιλίην συνεθήκατο [d], πέμπων τε δῶρα, κὴ δεκόμενος ἄλλα παρ' ἐκείνυ. ἐν χρόνῳ δὲ ὀλίγῳ αὐτίκα τῦ Πολυκράτεος τὰ πρήγματα αὔξετο, καὶ ἦν βεβωμένα ἀνά τε τὴν Ιωνίην, καὶ τὴν ἄλλην Ἑλλάδα· ὅκυ γὰρ ἰθύσειε στρατεύεσθαι, πάντα οἱ ἐχώρεε εὐτυχέως. ἐκέκτητο [e] δὲ πεντηκοντέρυς τε ἑκατὸν, καὶ χιλίυς τοξότας. ἔφερε δὲ καὶ ἦγε πάντας, διακρίνων οὐδένα. τῷ γὰρ φίλῳ ἔφη χαριεῖσθαι μᾶλλον ἀποδιδοὺς τὰ ἔλαβε, ἢ ἀρχὴν μηδὲ λαβών. συχνὰς μὲν δὴ τῶν νήσων αἱρήκεε, πολ-

[d] δὲ ξενίην Αμάσι τῷ Αἰγυπτίων βασιλεῖ συνεθήκατο. [e] ἔκτητο.

λὰ δὲ καὶ τῆς ἠπείρου ἄστεα. ἐν δὲ δὴ καὶ Λεσβίους πανστρατιῇ βοηθέοντας Μιλησίοισι, ναυμαχίῃ κρατήσας εἷλε, οἳ τὴν τάφρον περὶ τὸ τεῖχος τὸ ἐν Σάμῳ πᾶσαν δεδεμένοι ὤρυξαν.

μʹ. Καί κως τὸν Ἄμασιν εὐτυχέων μεγάλως ὁ Πολυκράτης οὐκ ἐλάνθανε, ἀλλά οἱ τοῦτ᾽ ἦν ἐπιμελές. πολλῷ δὲ ἔτι πλεῦνός [f] οἱ εὐτυχίης γινομένης, γράψας ἐς βιβλίον τάδε, ἐπέστειλε ἐς Σάμον·

‛ ΑΜΑΣΙΣ ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΙ ὯΔΕ ΛΕΓΕΙ.
‛ Ἡδὺ μὲν πυνθάνεσθαι ἄνδρα φίλον καὶ
‛ ξεῖνον εὖ πρήσσοντα· ἐμοὶ δὲ αἱ σαὶ με-
‛ γάλαι εὐτυχίαι οὐκ ἀρέσκουσι, τὸ θεῖον
‛ ἐπισταμένῳ ὡς ἔστι φθονερόν. καί κως βού-
‛ λομαι καὶ αὐτὸς καὶ τῶν ἂν κήδωμαι,
‛ το μέν τι εὐτυχέειν τῶν πρηγμάτων,
‛ τὸ δὲ προσπταίειν· καὶ οὕτω διαφέρειν
‛ τὸν αἰῶνα, ἐναλλὰξ πρήσσων, ἢ εὐτυ-
‛ χέων τὰ πάντα. οὐδένα γάρ κω λόγῳ
‛ οἶδα ἀκούσας, ὅστις ἕτερος οὐ [g] κακῶς ἐ-

[f] πολλῷ δέ τοι πλεῦνος. [g] ὅστις ἐς τέλος οὐ.

etiam in continente oppida capiebat. Sic etiam Lesbios cum omnibus copiis opem Milesiis ferentes navali proelio vicit cepitque, qui omnem fossam moenia Sami ambientem vincti foderunt.

40. Atque res Polycratis tantopere secundas esse non latuit Amasin, cui hoc curae erat. Sed quum assidue forent multo secundiores, Amasis libellum Samum misit in haec verba scriptum, 'AMASIS 'POLYCRATI ITA INQUIT, Mihi 'quidem, feliciter agi cum viro amico et 'hospite, audire voluptati est: tamen tuae 'magnae prosperitates mihi non placent, 'qui intelligo quam invidum numen sit. 'Quod ad me attinet, velim tum meas 'ipsius, tum eorum qui mihi curae sunt 'res alias prospere ire, alias offendere, et 'ita aevum traducere vicissim, varians 'quam omnia prosperus. Nec enim ad- 'huc de quoquam audisse me puto, qui

'quum in omnibus felix fuiſſet, non tan-'dem male perierit funditus. Tu itaque 'mihi obtemperans, hoc adverſus pro-'ſperitates agito: diſpice quid tibi ſit quod 'plurimi facias, et in quo amiſſo maxime 'ſis animo doliturus; id ubi inveneris, 'ita abjicito ut nunquam ad homines ve-'niat. Quod ſi proſpera tua deinceps jam 'non fuerint variata adverſis, medeare tu 'tibi ſubinde eo modo quem tibi ſub-'jeci.'

41. Haec quum legiſſet Polycrates, et in animum demiſiſſet, tanquam bene ſibi ab Amaſi praecepta, diſquirebat quodnam ſuorum ornamentorum eſſet quo amiſſo maxima ipſe moleſtia afficeretur; atque hoc tandem quaeritando invenit. Erat ei gemma ſignatoria ſmaragdus, quam geſtabat, auro vincta, opus Theodori Samii Telecle geniti: hanc ubi abjiciendam ſtatuit, ita faciebat. Quinquaginta remo-

‘ τελεύτησε πρόῤῥιζος, εὐτυχέων τὰ πάν-
‘ τα. σὺ νῦν [a] ἐμοὶ πειθόμενος, ποίησον
‘ πρὸς τὰς εὐτυχίας τοιάδε· φροντίσας
‘ τὸ ἂν εὕρῃς [b] ἐόν τοι πλεῖστου ἄξιον, καὶ
‘ ἐπ᾽ ᾧ σὺ ἀπολομένῳ μάλιστα τὴν ψυ-
‘ χὴν ἀλγήσεις, τοῦτο ἀπόβαλε οὕτω, ὅ-
‘ κως μηκέτι ἥξῃ ἐς ἀνθρώπους. ἤν τε μὴ
‘ ἐναλλὰξ ἤδη τὠπὸ τούτου αἱ εὐτυχίαι
‘ τοιαύταισι πάθαισι [c] προσπίπτωσι, τρό-
‘ πῳ τῷ ἐξ ἐμεῦ ὑποκειμένῳ ἀκέο.’

μγʹ. Ταῦτα ἐπιλεξάμενος ὁ Πολυκράτης, καὶ νόῳ λαβὼν ὥς οἱ εὖ ὑπετίθετο [d] Ἄμασις, ἐδίζετο ἐπ᾽ ᾧ ἂν μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀσθείη [e] ἀπολομένῳ τῶν κειμηλίων. διζήμενος δ᾽ εὕρισκε τόδε· ἦν οἱ σφρηγὶς τὴν ἐφόρεε χρυσόδετος, σμαράγδου μὲν λίθου ἐοῦσα, ἦν δὲ ἔργον Θεοδώρου τοῦ Τηλεκλέος Σαμίου· ἐπεὶ ὦν ταύτην οἱ ἐδόκεε ἀποβαλέειν, ἐποίεε τοιάδε [f]. πεντηκόντερον

[a] σύ ὤν νῦν, et quod ſequitur verbum ποίησον abeſt a MS. ſed margine inſcriptum. [b] εὕροις. [c] ἤδη αἱ εὐτυχίαι τοι τὠπὸ τοῦδε αὐτοῖσι πάθεσι. [d] ὑπετίθοιτο. [e] ἀσηθείη. [f] τάδε.

πληρώσας ἀνδρῶν, ἐσέβη ἐς αὐτήν· μετὰ δὲ, ἀναγαγεῖν ἐκέλευε [g] ἐς τὸ πέλαγος· ὡς δὲ ἀπὸ τῆς νήσου ἑκὰς ἐγένετο, περιελόμενος τὴν σφρηγῖδα, πάντων ὁρεόντων τῶν συμπλόων, ῥίπτει ἐς τὸ πέλαγος. τοῦτο δὲ ποιήσας ἀπέπλεε· ἀπικόμενος δὲ ἐς τὰ οἰκία, συμφορῇ ἐχρῆτο.

μβ΄. Πέμπτῃ δὲ ἢ ἕκτῃ ἡμέρῃ ἀπὸ τούτων, τάδέ οἱ συνήνεικε γενέσθαι· ἀνὴρ ἁλιεὺς, λαβὼν ἰχθῦν μέγαν τε καὶ καλὸν, ἠξίου μιν Πολυκράτεϊ δῶρον δοθῆναι. φέρων δὲ ἐπὶ τὰς θύρας, Πολυκράτεϊ ἔφη ἐθέλειν ἐλθεῖν ἐς ὄψιν. χωρήσαντος δέ οἱ τούτου, ἔλεγε, διδοὺς τὸν ἰχθῦν, 'Ὦ 'βασιλεῦ, ἐγὼ τόνδε ἑλὼν, οὐκ ἐδικαί- 'ωσα φέρειν ἐς ἀγορὴν, καίπερ ἐὼν ἀπο- 'χειροβίωτος, ἀλλά μοι ἐδόκεε σεῦ τε εἶ- 'ναι ἄξιος καὶ τῆς σῆς ἀρχῆς. σοὶ δή μιν 'φέρων δίδωμι.' ὁ δὲ, ἡσθεὶς τοῖσι ἔπεσι, ἀμείβεται τοῖσδε, 'Κάρτα τε εὖ ἐποίη- 'σας· καὶ χάρις διπλέη τῶν τε λόγων

[g] ἐκέλευσε.

rum navem viris inſtructam conſcendit, et mox in altum provehere jubet. Et poſtquam ab inſula procul aberat, detractum ſibi ſigillum, iis qui una navigabant inſpectantibus, abjecit in pelagus: hoc acto renavigavit.

42. Reverſo domum, quum ex jactura afficeretur, quinto ſextove quam haec acta ſunt die, hoc ei caſu evenit. Piſcator quidam captum a ſe piſcem, grandem ſane ac pulchrum, putavit dignum quo Polycratem donaret. eum ad fores quum attuliſſet, dixit ſe in conſpectum Polycratis ire velle: a janitore permiſſus, donans Polycrati piſcem, ‘ O Rex, inquit, hunc ‘ ego quem cepi piſcem, etſi operis ma‘ nuariis vitam tolero, tamen non judicavi ‘ ferendum a me eſſe in forum, ſed te ‘ tuaque potentia dignum. Eum itaque af‘ fero tibi, donoque.’ His verbis iſte delectatus, ita reſpondit, ‘ Tu vero probe, nec

'facto solo, sed etiam oratione apud me 'inisti gratiam: ad coenamque te vocatum volo.' Haec magni faciens piscator domum abiit. piscem ministri scindentes, offendunt in ejus alvo sigillum Polycratis. quod ubi viderunt sumpseruntque, ad Polycratem laetabundi quamcelerrime tulerunt. Eoque illi reddito, referebant quo pacto fuisset inventum. Polycrates, quum illi subvenisset divinam rem esse, singula quaeque a se gesta retulit in libellum, et qualia accidissent ipsi. Haec ubi scripsit, in Aegyptum misit.

43. Amasis perlectis tabellis quae a Polycrate venerant, intellexit fieri non posse, ut homo alterum hominem casui eventuro eripiat; et Polycratem non bene moriturum esse qui per omnia fuisset felix, adeo ut ea quoque reperiret quae abjecisset. Misso itaque Samum caduceatore, dixit se jus cum illo hospitii solvere.

‘ καὶ τοῦ δώρου· καί σε ἐπὶ δεῖπνον κα-
‘ λέομεν.’ ὁ μὲν δὴ ἁλιεὺς, μέγα ποιεύμενος ταῦτα, ἤϊε ἐς τὰ οἰκία. τὸν δὲ ἰχθῦν τάμνοντες οἱ θεράποντες, εὑρίσκουσι ἐν τῇ νηδύϊ αὐτοῦ ἐνεοῦσαν τὴν Πολυκράτεος σφρηγῖδα. ὡς δὲ εἶδόν τε καὶ ἔλαβον, τάχιστα ἔφερον κεχαρηότες [a] παρὰ τὸν Πολυκράτεα. διδόντες δέ οἱ τὴν σφρηγῖδα, ἔλεγον ὅτεῳ τρόπῳ εὑρεθείη. τὸν δὲ ὡς ἐσῆλθε θεῖον εἶναι τὸ πρῆγμα, γράφει ἐς βιβλίον πάντα, τά ποιήσαντά μιν, οἷα καταλελάβηκε· γράψας δὲ, ἐς Αἴγυπτον ἐπέθηκε.

μγ΄. Ἐπιλεξάμενος δὲ ὁ Ἄμασις τὸ βιβλίον τὸ παρὰ τῦ Πολυκράτεος ἧκον, ἔμαθε ὅτι ἐκκομίσαι τε ἀδύνατον εἴη ἀνθρώπῳ ἄνθρωπον ἐκ τοῦ μέλλοντος γίνεσθαι πρήγματος, καὶ ὅτι ὐκ [b] εὖ τελευτήσειν μέλλει Πολυκράτης εὐτυχέων τὰ πάντα· ὃς καὶ τὰ ἀποβάλλει, εὑρίσκει. πέμψας δέ οἱ κήρυκα ἐς Σάμον, διαλύεσθαι ἔφη τὴν

[a] κεχαρηκότες. [b] καὶ ὅτι ὡς οὐκ.

ξεινίην. τῦδε εἵνεκα ταῦτα ἐποίεε, ἵνα μὴ συντυχίης δεινῆς τε καὶ μεγάλης Πολυκράτεα καταλαβούσης, αὐτὸς ἀλγήσειε τὴν ψυχὴν, ὡς περὶ ξείνου ἀνδρός.

μδ΄. Ἐπὶ τῦτον δὴ ὦν τὸν Πολυκράτεα εὐτυχέοντα τὰ πάντα, ἐςρατεύοντο Λακεδαιμόνιοι, ἐπικαλεσαμένων τῶν μετὰ ταῦτα Κυδωνίην τὴν ἐν Κρήτῃ κτισάντων Σαμίων. Πολυκράτης δὲ πέμψας παρὰ [d] Καμβύσεα τὸν Κύρυ συλλέγοντα ςρατὸν ἐπ' Αἴγυπτον, ἐδεήθη ὅκως ἂν καὶ παρ' ἑωϋτὸν πέμψας ἐς Σάμον, δέοιτο ςρατῦ. Καμβύσης δὲ ἀκύσας τούτων, προθύμως ἔπεμπε ἐς Σάμον, δεησόμενος Πολυκράτεος ςρατὸν ναυτικὸν ἅμα πέμψαι ἑωϋτῷ ἐπ' Αἴγυπτον. ὁ δὲ, ἐπιλέξας τῶν ἀςῶν τὺς ὑπώπτευε μάλιςα ἐς ἐπανάςασιν, ἀπέπεμπε τεσσεράκοντα τριήρεσι· ἐντειλάμενος Καμβύσῃ ὀπίσω τούτους μὴ ἀποπέμπειν.

[c] ξείνυ. Ἐπὶ. [d] Σαμίων. Πέμψας δὲ κήρυκα λάθρῃ Σαμίων Πολυκράτης παρά.

Quod ideo fecit, ne in tristem aliquem gravemque casum incidente Polycrate, animi dolorem veluti de hospite ipse contraheret.

44. Adversus hunc igitur Polycratem in omnibus feliciter agentem, Lacedaemonii sumpsere expeditionem, acciti ab iis Samiis qui post haec Cydoniam in Creta condiderunt. Polycrates, misso ad Cambysem Cyri filium, adversus Aegyptum copias comparantem, oravit ut nunciis etiam ad se in Samum missis, rogaret aliquid copiarum. Quod audiens Cambyses, libenter in Samum misit ad rogandas a Polycrate nauticas copias, quas secum iste mitteret in Aegyptum. Polycrates, delectos quos maxime suspicabatur ex urbanis ad rebellionem spectare, quadraginta triremibus misit, Cambysi mandans ne retro eos dimitteret.

45. Et alii quidem negant Samios a Polycrate miſſos, in Aegyptum perveniſſe: ſed quum in Carpathio mari curſum tenerent, inter ſe colloquutos decreviſſe ne ulterius tenderent. Alii vero ajunt perveniſſe in Aegyptum, ac retentos inde fugam feciſſe: et in Samum redeuntibus Polycratem cum claſſe occurrentem pugnaviſſe; ſed illos, qui redirent ſuperaſſe, atque in inſulam exiſſe: ubi mox pugna pedeſtri commiſſa victi ſint, atque ita Lacedaemonem navigarunt. Sunt qui dicant eoſdem ab Aegypto redeuntes adverſus Polycratem victoria potitos fuiſſe: non recte dicentes mea opinione. Neque enim oportuiſſet illos aſciſcere Lacedaemonios, ſi per ſe ſatis ad expellendum Polycratem validi erant. Praeterea nec ratio dictat, ut cui permulti aderant, cum auxiliarii mercede conducti, tum domeſtici ſagittarii, is

με΄. Οἱ μὲν δὴ λέγουσι τοὺς ἀποπεμφθένλας Σαμίων ὑπὸ Πολυκράτεος [e], οὐκ ἀπικέσθαι ἐς Αἴγυπλον· ἀλλ' ἐπεί τε ἐγένολο ἐν Καρπάθῳ πλέοντες, δοῦναί σφι λόγον, καί σφι ἀδεῖν τὸ προσωτέρω μηκέτι πλέειν. οἱ δὲ λέγουσι ἀπικομένους τε ἐς Αἴγυπλον καὶ φυλασσομένους, ἐνθεῦτεν αὐτοὺς ἀποδρῆναι. καταπλέουσι δὲ ἐς τὴν Σάμον Πολυκράτης νηυσὶ ἀντιάσας, ἐς μάχην κατέστη· νικήσαντες δὲ οἱ κατιόντες, ἀπέβησαν ἐς τὴν νῆσον. πεζομαχήσαντες δὲ ἐν αὐτῇ, ἑσσώθησαν· καὶ οὕτω δὴ ἔπλεον ἐς Λακεδαίμονα. εἰσὶ δὲ οἳ λέγουσι τοὺς ἀπ' Αἰγύπλου νικῆσαι Πολυκράτεα· λέγοντες, ἐμοὶ δοκέειν, οὐκ ὀρθῶς. οὐδὲν γὰρ ἔδει σφέας Λακεδαιμονίους ἐπικαλέεσθαι, εἴπερ αὐτοὶ ἱκανοὶ ἦσαν Πολυκράτεα παραστήσασθαι. πρὸς δὲ τούτοισι, οὐδὲ λόγος αἱρέει, τῷ ἐπίκουροι μισθωτοὶ [f] καὶ τοξόται οἰκήϊοι ἦσαν πλήθεϊ πολλοὶ, τοῦτον

e Haec verba ὑπὸ Πολυκράτεος non exstant in MS. f ἐπίκουροί τι μισθωτοί.

ὑπὸ τῶν κατιόντων Σαμίων ἐόντων ὀλίγων ἑσσωθῆναι· τῶν δ' ὑπ' ἑωϋτῷ ἐόντων πολιητέων τὰ τέκνα καὶ τὰς γυναῖκας ὁ Πολυκράτης ἐς τοὺς νεωσοίκους συνειλήσας, εἶχε ἑτοίμους, ἢν ἄρα προδιδῶσι οὗτοι πρὸς τοὺς κατιόντας, ὑποπρῆσαι αὐτοῖσι τοῖσι νεωσοίκοισι.

μϛʹ. Ἐπεί τε δὲ οἱ ἐξελασθέντες [a] Σαμίων ὑπὸ Πολυκράτεος ἀπίκοντο ἐς τὴν Σπάρτην, καταστάντες ἐπὶ τοὺς ἄρχοντας, ἔλεγον πολλά, οἷα κάρτα δεόμενοι. οἱ δέ σφι τῇ πρώτῃ καταστάσει ὑπεκρίναντο, τὰ μὲν πρῶτα λεχθέντα ἐπιλελῆσθαι, τὰ δὲ ὕστατα [b] οὐ συνιέναι. μετὰ δὲ ταῦτα, δεύτερα καταστάντες, ἄλλο μὲν εἶπον οὐδέν, θύλακον δὲ φέροντες, ἔφασαν τὸν θύλακον ἀλφίτων [c] δέεσθαι. οἱ δέ σφι ὑπεκρίναντο, τῷ θυλάκῳ περιεργάσθαι. βοηθέειν δ' ὦν ἔδοξε αὐτοῖσι.

μζʹ. Καὶ ἔπειτα παρασκευασάμενοι ἐ-

[a] ἐξελαθέντες. [b] Haec verba ἐπιλελῆσθαι, τὰ δὲ ὕστατα non extant in MS. nisi in margine adscripta. [c] τὸν ἀλφίτων.

a Samiis redeuntibus numero paucis fuerit superatus; eorum vero qui sub ipso erant civium liberi atque uxores Polycrates in navalia coactos tenebat paratos, ut si ii eum redeuntibus aliis prodidissent, una cum ipsis navalibus combureret.

46. Posteaquam vero Samii qui a Polycrate exacti erant, Spartam venerunt, introducti ad principes multa sane, qualia supplices, commemorabant. Quibus illi primo congressu responderunt, eorum quae isti dixissent, priorum quidem oblitos esse, posteriora vero non intelligere. Secundo deinde congressu nihil isti dixerunt, nisi allato panario, illud pane indigere. Quibus iidem responderunt panario curiose actum fuisse. Itaque opem ferendam eis censuerunt.

47. Ac postea instructi Lacedaemo-

nii, cum exercitu in Samum ſe contulere, referendae gratiae cauſſa, ut Samii ajunt, quia illos aliquando Samii adverſus Meſſenios navibus auxilio fuiſſent: ut vero Lacedaemonii ajunt, non tam ut tutarentur precantes Samios, militaviſſe, quam ut ulciſcerentur rapinam crateris, quem Croeſo portabant, et thoracis ab Amaſi rege Aegypti ipſis muneri miſſi. Interceperant enim Samii priore quam craterem anno, thoracem quoque lineum quidem, et frequentibus animalium figuris intextis, ſed ornatum auro laniſque, ex xylo: ob id admiratione dignum faciunt thoracis licia: nam quum ea tenuia et exilia, tamen in ſe habeant trecenta ac ſexagena licia, ſingulaque conſpicua. Qualis alter eſt, quem in Lindo Minervae idem Amaſis dedicavit.

48. Adjuverunt autem hanc expeditionem contra Samios, ut fieret, admodum

στρατεύοντο Λακεδαιμόνιοι ἐπὶ Σάμον. ὡς μὲν Σάμιοι λέγουσι, εὐεργεσίας ἐκτίνοντες ὅτι σφι πρότεροι αὐτοὶ νηυσὶ ἐβοήθησαν ἐπὶ Μεσσηνίους· ὡς δὲ Λακεδαιμόνιοι λέγουσι, οὐκ οὕτω τιμωρῆσαι [d] δεομένοισι Σαμίοισι ἐστρατεύοντο, ὡς τίσασθαι βουλόμενοι τοῦ κρητῆρος τῆς ἁρπαγῆς, τὸν ἦγον Κροίσῳ, καὶ τοῦ θώρηκος τὸν αὐτοῖσι Αμασις ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς ἔπεμψε δῶρον. καὶ γὰρ θώρηκα ἐλήισαντο τῷ προτέρῳ ἔτεϊ ἢ τὸν κρητῆρα, οἱ Σάμιοι· ἐόντα μὲν λίνεον, καὶ ζώων ἐνυφασμένων συχνῶν, κεκοσμημένον δὲ χρυσῷ καὶ εἰρίοισι ἀπὸ ξύλου· τῶνδε εἵνεκα θωϋμάσαι ἄξιον ἁρπεδόνη ἑκάστη τοῦ θώρηκος ποιέει. ἐοῦσα γὰρ λεπτὴ, ἔχει ἁρπεδόνας ἐν ἑωϋτῇ τριηκοσίας [e] καὶ ἑξήκοντα, πάσας φανεράς. τοιοῦτος ἕτερός ἐστι καὶ τὸν ἐν Λίνδῳ ἀνέθηκε τῇ Ἀθηναίῃ Αμασις.

μή. Συνεπελάβοντο δὲ τοῦ στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σάμον ὥστε γενέσθαι, καὶ Κο-

[d] οὐκ ὦ τι τιμωρῆσαι. [e] τριηκοσίους habet MS.

ρίνθιοι προθύμως. ὕβρισμα γὰρ καὶ ἐς τούτους εἶχε ἐκ τῶν Σαμίων γενόμενον γενεῇ πρότερον τοῦ στρατεύματος τούτου, κατὰ δὴ τὸν αὐτὸν χρόνον τοῦ κρητῆρος τῇ ἁρπαγῇ γεγονός. Κερκυραίων γὰρ παῖδας τριηκοσίων ἀνδρῶν τῶν πρώτων, Περίανδρος ὁ Κυψέλου ἐς Σάρδις ἀπέπεμψε παρὰ Αλυάττεα ἐπὶ ἐκτομῇ. προσχόντων δὲ ἐς τὴν Σάμον τῶν ἀγόντων τοὺς παῖδας Κορινθίων, πυθόμενοι οἱ Σάμιοι τὸν λόγον, ἐπ' οἷσι ἀγοίατο ἐς [f] Σάρδις, πρῶτα μὲν τοὺς παῖδας ἐδίδαξαν ἱροῦ ἅψασθαι Αρτέμιδος· μετὰ δὲ, οὐ περιορέοντες ἀπέλκειν τοὺς ἱκέτας ἐκ τοῦ ἱροῦ, σιτίων δὲ τοὺς παῖδας ἐργόντων Κορινθίων, ἐποιήσαντο οἱ Σάμιοι ὁρτὴν, τῇ καὶ νῦν ἔτι χρέωνται κατὰ ταυτά. νυκτὸς γὰρ ἐπιγενομένης, ὅσον χρόνον ἱκέτευον οἱ παῖδες, ἵστασαν χοροὺς παρθένων τε καὶ ἠιθέων· ἱστάντες δὲ τοὺς χωροὺς, τρωκτὰ σησάμου τε καὶ μέλιτος ἐποιήσαντο νόμον φέρεσθαι· ἵνα ἁρπάζοντες οἱ τῶν Κερκυραίων παῖδες ἔ-

[f] ἀγοίατο οἱ παῖδες ἐς.

prompte Corinthii. In quos etiam Samiorum extabat injuria aetate quae praecessit hanc expeditionem, circa idem tempus facta quo crater interversus est. Nam quum Periander Cypseli filius, Sardes ad Alyattem castrandos mitteret trecentorum primorum in Corcyraeis liberos, Corinthiique qui illos ducebant, Samum appulsi essent, audita Samii caussa cur Sardes ducerentur, primum edocuere pueros, ut templum Dianae tangerent: deinde non negligentes abstrahere supplices a templo, quum arcerent Corinthii eos alimentis, ipsi Samii diem solennem egerunt, quem nunc quoque per eadem facta celebrant. Quum enim nox advenerat, quamdiu pueri supplicabant, exercebant choros virginum atque adolescentium, et interea dum choros exercent, ritum instituerunt ferendi esculenta ex sesamo ac melle, ut ea Corcyraeorum filii rapientes,

alimenta haberent. id eousque factum est, dum Corinthii puerorum custodes illis omissis abierunt. Ita Samii pueros Corcyram reduxerunt.

49. Quod si defuncto Periandro, Corinthiis cum Corcyraeis amicitia extitisset, illi non fuissent portio expeditionis hujus contra Samum propter hanc caussam: nunc ab ipsis insulae originibus, Corinthii semper cum Corcyraeis discordes mutuo fuere. Hujus igitur rei memores Corinthii, exulcerato in Samios animo erant. Mittebat autem Periander ad castrandum Sardes primorum Corcyraeorum delectos pueros, ulciscendi gratia, quia Corcyraei priores nefandum facinus in eum admiserant.

50. Nam posteaquam uxorem suam Melissam necavit Periander, accidit, ut ad superiorem calamitatem haec quoque altera illi accederet. Erant ei ex Melissa

χοιεν τροφήν. ἐς τοῦτο δέ οἱ ἐγένετο, ἐς ὃ οἱ Κορίνθιοι τῶν παίδων οἱ φύλακοι οἴχοντο [a] ἀπολιπόντες. τοὺς δὲ παῖδας ἀπήγαγον ἐς Κέρκυραν οἱ Σάμιοι.

μθ'. Εἰ μέν νυν Περιάνδρου τελευτήσαντος τοῖσι Κορινθίοισι φίλα ἦν πρὸς τοὺς Κερκυραίους, οἱ δὲ οὐκ ἂν συνελάβοντο τοῦ στρατεύματος τοῦ ἐπὶ Σάμον ταύτης εἵνεκεν [b] τῆς αἰτίης· νῦν δὲ αἰεὶ ἐπεί τε ἔκτισαν τὴν νῆσον, εἰσὶ ἀλλήλοισι διάφοροι ἐόντες ἑωϋτοῖσι. τούτων ὦν εἵνεκεν [c] ἀπεμνησικάκεον τοῖσι Σαμίοισι οἱ Κορίνθιοι. ἀπέπεμπεν δὲ [d] ἐς Σάρδις ἐπ' ἐκτομῇ Περίανδρος, τῶν πρώτων Κερκυραίων ἐπιλέξας τοὺς παῖδας, τιμωρεύμενος· πρότεροι γὰρ οἱ Κερκυραῖοι ἦρξαν ἐς αὐτὸν πρῆγμα ἀτάσθαλον ποιήσαντες.

ν'. Ἐπεί τε γὰρ τὴν ἑωϋτοῦ γυναῖκα Μέλισσαν Περίανδρος ἀπέκτεινε, συμφορὴν τοιηνδέ οἱ ἄλλην συνέβη πρὸς τῇ γεγονυίῃ γενέσθαι. ἦσάν οἱ ἐκ Μελίσσης δύο

[a] οἴχοιντο. [b] ἕνεκα. [c] ἕνεκα. [d] ἔπεμπε δὲ.

παῖδες, ἡλικίην ὁ μὲν, ἑπτακαίδεκα· ὁ δὲ, ὀκτωκαίδεκα ἔτεα γεγονώς. τούτους ὁ μητροπάτωρ Προκλῆς, ἐὼν Ἐπιδαύρου τύραννος, μεταπεμψάμενος παρ' ἑωϋτὸν, ἐφιλοφρονέετο [c], ὡς εἰκὸς ἦν, θυγατρὸς ἐόντας τῆς ἑωϋτοῦ παῖδας· ἐπεί τε δέ σφεας ἀπεπέμπετο, εἶπε προπέμπων αὐτοὺς, ' Ἆρα ' ἴστε, ὦ παῖδες, ὃς ὑμέων τὴν μητέρα ἀ- ' πέκτεινε; τοῦτο τὸ ἔπος ὁ μὲν πρεσβύτερος αὐτῶν ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἐποιήσατο· ὁ δὲ νεώτερος, τῷ οὔνομα ἦν Λυκόφρων, ἤλγησε ἀκούσας οὕτω, ὥστε ἀπικόμενος ἐς τὴν Κόρινθον, ἅτε φονέα τῆς μητρὸς τὸν πατέρα οὔτε προσεῖπε, διαλεγομένῳ τε οὐ προσδιελέγετο, ἱστορέοντί τε λόγον οὐδένα ἐδίδου. τέλος δέ μιν περὶ θυμῷ ἐχόμενος ὁ Περίανδρος ἐξελαύνει ἐκ τῶν οἰκίων.

να'. Ἐξελάσας δὲ τοῦτον, ἱστόρεε τὸν πρεσβύτερον τά σφι ὁ μητροπάτωρ διελέχθη· ὁ δέ οἱ ἀπηγέετο ὡς σφεας φιλοφρόνως ἐδέξατο. ἐκείνου δὲ τοῦ ἔπεος τό σφι

[c] ἐφιλοφρόνεέ τε.

filii duo, unus ſeptem et decem, et alter duodeviginti natus annos. hos avus maternus Procles Epidauri tyrannus, ad ſe accitos, ea proſequebatur charitate qua par erat nepotes ex filia ſua. Quos ubi remittendos ſtatuit, deducens illos, ‘ Sci‘ tis, inquit, pueri, quis matrem veſtram ‘ interemerit?’ Hoc dictum, ei qui major natu erat, nullius momenti habitum eſt: at minor, cui nomen erat Lycophroni, ita hoc audito doluit, ut reverſus Corinthum, patrem neque ſalutaverit, neque colloquentem viciſſim alloqui, ac ne interroganti quidem ſermonem aliquem dederit. Eum Periander tandem ſane indignatus a laribus ejecit.

51. Quo ejecto, majorem natu percontatur quaenam cum eis avus eſſet colloquutus. Ille narrare ut ipſos avus amantiſſime accepiſſet: non tamen recordari dicti illius quod Procles in eis dimitten-

dis dixiſſet, quippe quod in mentem non admiſerat. Periander dicere, nulla ratione fieri poſſe quin aliquid illis ab avo ſit ſuggeſtum: itaque percontando inſtare. Tunc adoleſcens in memoriam rediens id quoque narravit. Quod Periander etiam animo attendens, tamen nolens aliquid concedere mollius, mittit illuc apud quos filius ab ipſo expulſus degebat, prohibens ne adoleſcentem in domum excipiant. Iſte poſtquam ejectus in alteram ſe domum conferebat, ab hac quoque abigebatur; et Periandro iis qui acceperant comminante, atque ut arcerent imperante, expulſus in aliam ſodalium domum ſe contulit. Illi etſi formidantes, tamen quod eſſet Periandri filius, hominem excipiebant.

52. Ad poſtremum Periander per praeconem edici juſſit, quiſquis hunc in domum reciperet, aut alloqueretur, eum ſacram mulctam Apollini debiturum,

ὁ Προκλῆς ἀποστέλλων εἶπε, ἅτε οὐ νόῳ λαβὼν, οὐκ ἐμέμνητο. Περίανδρος δὲ οὐδεμίην μηχανὴν ἔφη εἶναι μὴ οὔ σφι ἐκεῖνον ὑποθέσθαί τι· ἐλιπάρεέ τε ἱστορέων. ὁ δὲ, ἀναμνησθεὶς, εἶπε καὶ τοῦτο· Περίανδρος δὲ νόῳ λαβὼν καὶ τοῦτο, καὶ μαλακὸν ἐνδιδόναι βουλόμενος οὐδὲν, ᾗ ὁ ἐξελασθεὶς [f] ὑπ' αὐτοῦ παῖς δίαιταν ἐποιέετο, ἐς τούτους πέμπων ἄγγελον, ἀπηγόρευε μή μιν δέκεσθαι οἰκίοισι. ὁ δὲ, ὅκως ἀπελαυνόμενος ἔλθοι ἐς ἄλλην οἰκίην, ἀπελαύνετ' ἂν καὶ ἀπὸ ταύτης· ἀπειλέοντός τε τοῦ Περιάνδρου τοῖσι δεξαμένοισι, καὶ ἐξείργειν κελεύοντος, ἀπελαυνόμενος ἂν [g] ἤϊε ἐπ' ἑτέρην τῶν ἑταίρων. οἱ δὲ, ἅτε Περιάνδρου ἐόντα παῖδα, καίπερ δειμαίνοντες, ὅμως ἐδέκοντο.

νβ'. Τέλος δὲ, ὁ Περίανδρος κήρυγμα ἐποιήσατο, ὃς ἂν ἢ οἰκίοισι [h] ὑποδέξηταί μιν, ἢ προσδιαλεχθῇ, ἱρὴν ζημίην τοῦτον τῷ Ἀπόλλωνι ὀφείλειν, ὅσην δὴ εἴπας. πρὸς ὦν δὴ τοῦτο τὸ κήρυγμα, οὔτέ τις οἱ

[f] ἐξελαθεὶς. [g] κελεύοντος. ἀπελαυνόμενος δ' ἄν. [h] ἂν οἰκίοισι.

διαλέγεσθαι, οὔτε οἰκίοισι δέκεσθαι ἤθελε. πρὸς δέ, οὐδὲ αὐτὸς ἐκεῖνος ἐδικαίου πειρᾶσθαι ἀπειρημένου, ἀλλὰ διακαρτερέων ἐν τῇσι στοῇσι ἐκαλινδέετο. τετάρτῃ δ' ἡμέρῃ ἰδών μιν ὁ Περίανδρος ἀλουσίῃσί τε ϗ ἀσιτίῃσι συμπεπτωκότα οἴκτειρε· ὑπεὶς δὲ τῆς ὀργῆς, ἤιε ἆσσον, ϗ ἔλεγε, ‘ Ὦ παῖ, ‘ κότερα τούτων αἱρετώτερά ἐστι, ταῦτα τὰ ‘ νῦν ἔχων πρήσσεις, ἢ τὴν τυραννίδα, ϗ ‘ τὰ ἀγαθὰ τὰ νῦν ἐγὼ ἔχω, ταῦτα, ‘ ἐόντα τῷ πατρὶ ἐπιτήδεον, παραλαμβά‘ νειν; ὃς ἐὼν ἐμός τε παῖς, ϗ Κορίνθου ‘ τῆς εὐδαίμονος βασιλεύς, ἀλήτην βίον ‘ εἵλευ· ἀντιστατέων τε ϗ ὀργῇ χρεώμε‘ νος ἐς τόν σε ἥκιστα ἐχρῆν. εἰ γάρ τις ‘ συμφορὴ ἐν αὐτοῖσι ἐγεγόνεε ἐξ ἧς ὑπο‘ ψίην ἐς ἐμὲ ἔχεις, ἐμοί τε αὕτη γέγο‘ νε, καὶ ἐγὼ αὐτῆς τὸ πλεῦν μέτοχός ‘ εἰμι, ὅσῳ αὐτός σφε ἐξειργασάμην [a]. σὺ ‘ δὲ μαθὼν ὅσῳ φθονέεσθαι κρέσσόν ἐστι ἢ ‘ οἰκτείρεσθαι, ἅμα τε ὁκοῖόν τι ἐς τοὺς το-

[a] ἐξεργασάμην.

quantam ipse nuncupans. Ad hoc edictum quum nemo affari, nemo illum in domum recipere vellet, etiam ipse ille non putavit rem illicitam esse tentandam: sed sustinens in porticibus assidue versabatur. Quem die quarta Periander illuvie et inedia enectum cernens, misertus est, depositaque ira propius accedens, 'Fili, inquit, utrum est optabilius, istud quod cummaxime toleras, an tyrannidem atque opes, quas ego nunc habeo, accipere patri obtemperantem? qui quum sis et meus filius et beatae Corinthi rex, praeoptasti mendicam vitam, obsistendo atque irascendo illi cui minime debebas. Nam siquid calamitatis in iis accidit unde suspicionem in me habes, id mihi accidit, ejusque ego particeps eo magis sum, quod ipse id perpetravi. Tu vero, edoctus quanto satius sit invideri quam

' miserabilem esse, et simul quid sit in pa-
' rentes et in majores irasci, abi domum.'
Periander quidem his verbis filium corripiebat: ille autem nihil patri respondit, nisi ipsum sacram mulctam deo debere, quod in ipsius colloquium venisset. Ibi Periander animadvertens malum filii desperatum esse et insuperabile, ab oculis eum sibi amandavit, navigio in Corcyram misso. nam et huic imperitabat. Eo autem amandato, bellum socero Procli intulit, tanquam praecipuo harum rerum autori: expugnataque Epidauro, Proclem cepit, quem tamen vivum servavit.

53. Interjecto deinde tempore quum senuisset Periander, sibique esset conscius se non esse amplius parem administrandis obeundisque rebus, mittit Corcyram arcessitum Lycophronem ad tyrannidem. Nam in majore filio non erat indoles,

„ χῆας καὶ ἐς τὰς κρέσσονας τεθυμῶσθαι,
„ ἄπιθι ἐς τὰ οἰκία.' Περίανδρος μὲν τούτοισι αὐτὸν κατελάμβανε. ὁ δὲ ἄλλο μὲν ὐδὲν ἀμείβεται τὸν πατέρα, ἔφη δέ μιν ἱρὴν ζημίην ὀφείλειν τῷ θεῷ, ἑωϋτῷ ἐς λόγυς ἀπικόμενον. μαθὼν δὲ ὁ Περίανδρος ὡς ἄπορόν τι τὸ κακὸν εἴη τῦ παιδὸς καὶ ἀνίκητον, ἐξ ὀφθαλμῶν μιν ἀποπέμπεται, στείλας πλοῖον [b] ἐς Κέρκυραν. ἐπεκράτεε γὰρ καὶ ταύτης. ἀποστείλας δὲ τῦτον ὁ Περίανδρος, ἐστρατεύετο ἐπὶ τὸν πενθερὸν Προκλέα, ὡς τὸν παρεόντων οἱ πρηγμάτων ἐόντα αἰτιώτατον· καὶ εἷλε μὲν τὴν Ἐπίδαυρον, εἷλε δὲ αὐτὸν Προκλέα, καὶ ἐζώγρησε.

νγ'. Ἐπεὶ δὲ τῦ χρόνυ προβαίνοντος, ὅ, τε Περίανδρος παρηβήκεε, καὶ συνεγινώσκετο ἑωϋτῷ ὐκέτι εἶναι δυνατὸς τὰ πρήγματα ἐπορᾷν τε καὶ διέπειν, πέμψας ἐς τὴν Κέρκυραν, ἀπεκάλεε [c] τὸν Λυκόφρονα ἐπὶ τὴν τυραννίδα. ἐν γὰρ δὴ τῷ πρεσβυτέρῳ τῶν παίδων οὔκων ἐώρα [d], ἀλλά οἱ κατε-

[b] πλοίῳ. [c] ἐπεκάλεε. [d] ὐκ ἐνώρα.

φαίνεlο εἶναι νωθέϛερος. ὁ δὲ Λυκόφρων οὐδὲ ἀνακρίσιος ἠξίωσε τὸν φέροντα τὴν ἀγγελίην. Περίανδρος δὲ, περιεχόμενος τȣ̃ νεηνίεω, δεύτερα ἀπέϛειλε ἐπ' αὐτὸν τὴν ἀδελφεὴν [e], ἑωϋτȣ̃ δὲ θυγατέρα· δοκέων μιν μάλιϛα ταύτῃ ἂν πείθεσθαι. ἀπικομένης δὲ ταύτης, καὶ λεγȣ́σης, ‘ Ω παῖ, ‘ βȣ́λεαι τήν τε τυραννίδα ἐς ἄλλους πεσέειν, καὶ τὸν οἶκον τȣ̃ πατρὸς διαφορηθένlα μᾶλλον, ἢ αὐτός σφε ἀπελθὼν ἔχειν; ἄπιθι ἐς τὰ οἰκία, παῦσαι σεωϋτὸν ζημιῶν. φιλοlιμίη, κlῆμα σκαιόν. μὴ τὸ κακὸν τῷ κακῷ ἰῶ. πολλοὶ τῶν δικαίων τὰ ἐπιεικέϛερα προlιθεῖσι. πολλοὶ δὲ ἤδη τὰ μηlρῷα διζήμενοι, τὰ παlρῷα μετέβαλον [f]. τυραννὶς, χρῆμα σφαλερόν· πολλοὶ δὲ αὐτῆς ἐραϛαί εἰσι. ὁ δὲ, γέρων τε ἤδη καὶ παρηβηκώς. μὴ δῷς τὰ σεωϋτοῦ ἀγαθὰ ἄλλοισι.’ ἡ μὲν δὴ τὰ ἐπαγωγότατα διδαχθεῖσα ὑπὸ τοῦ πατρὸς, ἔλεγε πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ, ὑποκρινά-

[e] ἀδελφήν. [f] ἀπέβαλον.

hebetiorque esse ei videbatur. Lycophron ne interrogatione quidem est dignatus eum qui sibi nuncium afferebat. At Periander in amorem adolescentis propensus, rursus ad eum misit sororem filiam suam, sperans fore ut ille huic praecipue auscultaret. Haec, ubi venit, 'ô puer, inquit, 'mavis tyrannidem recidere in alios, et 'domum patris dispergi potius, quàm tu 'ipse habere illuc reversus? Redi quaeso 'ad penates, desine tibimet officere. Am-'bitio est possessio sinistra: noli malum 'medicari malo. Mùlti justis mansuetio-'ra praeponunt. multi jam et materna 'quaerentes, paterna converterunt. Lu-'brica res est tyrannis, cujus multi sunt 'amatores. Pater senex jam est provectae-'que aetatis: tua ipsius bona ne aliis tra-'das.' His illa verbis ad inducendum maxime appositis fratrem alloquebatur, a patre edocta. Cui iste respondens, negat se

iturum Corinthum quoad patrem superesse audiret. Hoc quum mulier renunciasset, tertio Periander caduceatorem mittit, qui dicat se quidem in Corcyram velle concedere, sed ut hic Corinthum proficiscatur ad tyrannidis successionem. Id approbante filio, Periander Corcyram ipse veniebat, juvenis Corinthum. Haec omnia edocti Corcyraei, ne ad ipsorum regionem Periander accederet, adolescentem interimunt. Ob haec igitur Periander de Corcyraeis ultionem sumebat.

54. Lacedaemonii ingenti cum classe ubi pervenere, Samum obsederunt, succedentesque muro, turrem mari imminentem in suburbio transcenderunt. Sed mox cum magna manu suppetias ipso ferente Polycrate, rejecti sunt. Sed quum a superiore turri, quae tergo montis im-

μενος[a], ἔφη ὐδαμᾶ ἥξειν ἐς Κόρινθον, ἔστ᾽ ἂν πυνθάνηται περιεόντα τὸν πατέρα. ἀπαγγειλάσης δὲ ταύτης ταῦτα, τὸ τρίτον ὁ Περίανδρος κήρυκα πέμπει, βυλόμενος αὐτὸς μὲν ἐς Κέρκυραν ἥκειν· ἐκεῖνον δὲ ἐκέλευε ἐς Κόρινθον ἀπικόμενον, διάδοχον γενέσθαι τῆς τυραννίδος. καταινέσαντος δ᾽ ἐπὶ τούτοισι τοῦ παιδὸς, ὁ μὲν Περίανδρος ἐστέλλετο ἐς τὴν Κέρκυραν, ὁ δὲ παῖς οἱ ἐς τὴν Κόρινθον. μαθόντες δὲ οἱ Κερκυραῖοι τύτων ἕκαστα, ἵνα μή σφι Περίανδρος ἐς τὴν χώρην ἀπίκηται, κτείνουσι τὸν νεηνίσκον. ἀντὶ τύτων μὲν Περίανδρος Κερκυραίυς ἐτιμωρέετο.

νδ᾽. Λακεδαιμόνιοι δὲ στόλῳ μεγάλῳ ὡς ἀπίκοντο, ἐπολιόρκεον Σάμον· προσβαλόντες δὲ πρὸς το τεῖχος, τῦ μὲν πρὸς θαλάσσῃ ἑστεῶτος πύργυ κατὰ τὸ προάστειον τῆς πόλιος ὑπερέβησαν· μετὰ δὲ, αὐτῦ βοηθήσαντος Πολυκράτεος χειρὶ πολλῇ, ἀπηλάθησαν[b]. κατὰ δὲ τὸν ἐπάνω

[a] ὑποκρινόμενος. [b] ἀπηλάθησαν.

πύργον τὸν ἐπὶ τῆς ῥάχιος τοῦ ὄρεος ἐπεόντα ἐπεξῆλθον οἵ τε ἐπίκουροι καὶ αὐτῶν Σαμίων συχνοί. δεξάμενοι δὲ τοὺς Λακεδαιμονίους ἐπ' ὀλίγον χρόνον, ἔφευγον ὀπίσω· οἱ δὲ, ἐπισπώμενοι, ἔκτεινον.

νέ. Εἰ μέν νυν οἱ παρεόντες Λακεδαιμονίων ὅμοιοι ἐγένοντο ταύτην τὴν ἡμέρην Ἀρχίῃ τε καὶ Λυκώπῃ, αἱρέθη ἂν Σάμος. Ἀρχίης γὰρ καὶ Λυκώπης μοῦνοι συνεσπεσόντες φεύγουσι ἐς τὸ τεῖχος τοῖσι Σαμίοισι, καὶ ἀποκληϊσθέντες τῆς ὀπίσω ὁδοῦ, ἀπέθανον ἐν τῇ πόλι τῇ Σαμίων. τρίτῳ δὲ ἀπ' Ἀρχίεω τούτου γεγονότι ἄλλῳ Ἀρχίῃ τῷ Σαμίου τοῦ Ἀρχίεω, αὐτὸς ἐν Πιτάνῃ συνεγενόμην· (δήμου γὰρ τούτου ἦν) ὃς ξείνων πάντων μάλιστα ἐτίμα τε Σαμίους, καὶ οἱ τῷ πατρὶ ἔφη Σάμιον τοὔνομα τεθῆναι, ὅτι οἱ πατὴρ Ἀρχίης ἐν Σάμῳ ἀριστεύσας ἐτελεύτησε. τιμᾶν δὲ Σαμίους ἔφη, διότι ταφῆναί οἱ τὸν πάππον δημοσίῃ ὑπὸ Σαμίων.

posita erat, erupissent tum auxiliarii, tum ipsorum Samiorum permulti, et aliquantisper Lacedaemonios sustinuissent ipsi, retro fugam fecerunt, insequentique ab hoste caedebantur.

55. Quod si Lacedaemonii qui aderant, Archiae et Lycopae similes extitissent eo die, capta Samus fuisset. Siquidem Archias et Lycopes soli cum Samiis intra murum simul irruentes, interclusa ad redeundum via, intra urbem Samiorum occubuerunt. Equidem ipse cum tertio ab hoc Archia alio Archia, qui Archiae nepos, Samii filius, congressus sum apud Pitanen (hujus enim populi erat) qui ex omnibus hospitibus maxime Samios honorabat, dicente patri suo nomen Samio fuisse inditum, quod ei pater Archias strenue pugnans in Samo mortem oppetisset: se vero ideo Samiis honorem habere, quod avus suus fuisset a Samiis publica affectus sepultura.

56. Lacedaemonii, quadraginta diebus in obſidendo abſumptis, quum in ſuſcepta re nihil admodum proficerent, in Peloponneſum redierunt. Fertur, Polycratem, (ut rumor quidam temerarius emanavit) magnum numerum monetae patriae e plumbo percuſſiſſe, eamque auro induxiſſe, ac Lacedaemoniis dediſſe: atque ea accepta illos receſſiſſe. Hanc expeditionem Lacedaemonii Dorienſes in Aſiam ſuſceperunt.

57. Samii, qui Polycrati bellum intulerant, poſteaquam a Lacedaemoniis ſe relictum iri vident, et ipſi tranſmiſerunt in Siphnum. deficiebant enim pecuniae. Vigebant autem ea tempeſtate Siphniorum res, erantque inter inſulares locupletiſſimi, ut quibus in inſula eſſent auraria et argenti metalla, unde tantum pecuniae redibat, ut ex decimis ejus reponeretur

νϛʹ. Λακεδαιμόνιοι [c] δὲ, ὥς σφι τεσσεράκοντα ἐγεγόνεσαν ἡμέραι πολιορκέουσι Σάμον, ἐς τὸ πρόσω τε οὐδὲν προεκόπτετο τῶν πρηγμάτων, ἀπαλλάσσοντο ἐς Πελοπόννησον [d]. ὡς δὲ ὁ ματαιότερος λόγος ὥρμηται, λέγεται Πολυκράτεα ἐπιχώριον νόμισμα κόψαντα πολλὸν μολίβδου, καταχρυσώσαντα, δοῦναί σφι· τοὺς δὲ, δεξαμένους, οὕτω δὴ ἀπαλλάσσεσθαι. ταύτην τὴν [e] στρατιὴν ἐς τὴν Ασίην Λακεδαιμόνιοι Δωριέες [f] ἐποιήσαντο.

νζʹ. Οἱ δ' ἐπὶ τὸν Πολυκράτεα στρατευσάμενοι Σαμίων, ἐπεὶ οἱ Λακεδαιμόνιοι αὐτοὺς ἀπολείπειν ἔμελλον, καὶ αὐτοὶ ἀπέπλεον ἐς Σίφνον· χρημάτων γὰρ ἐδέοντο. τὰ δὲ τῶν Σιφνίων πρήγματα ἤκμαζε τοῦτον τὸν χρόνον, καὶ νησιωτέων μάλιστα ἐπλούτεον, ἅτε ἐόντων αὐτοῖσι ἐν τῇ νήσῳ χρυσέων καὶ ἀργυρέων μετάλλων οὕτω, ὥστε ἀπὸ τῆς δεκάτης τῶν γινομένων

[c] Σαμίων εὖ. Λακεδαιμόνιοι. [d] ἐς τὴν Πελοπόννησον. [e] ταύτην πρώτην. [f] Λακεδαιμονίοισι Δωριέες.

αὐτόθεν χρημάτων, θησαυρὸς ἐν Δελφοῖσι ἀνακέεται, ὅμοια τοῖσι πλουσιωτάτοισι. αὐτοὶ δὲ τὰ γινόμενα τῷ ἐνιαυτῷ ἑκάςῳ χρήματα διενέμοντο. ὅτε ὦν ἐποιεῦντο τὸν θησαυρὸν, ἐχρέωντο τῷ χρηςηρίῳ, εἰ αὐτοῖσι τὰ παρεόντα ἀγαθὰ οἷά τε ἐςὶ πολὺν χρόνον παραμένειν. ἡ δὲ Πυθίη ἔχρησέ σφι τάδε,

Ἀλλ᾽ ὅταν ἐν Σίφνῳ πρυτανήϊα λευκὰ γένηται,
Λεύκοφρύς τ᾽ ἀγορὴ, τότε δὴ δεῖ φράδμονος ἀνδρὸς,
Φράσσασθαι ξύλινόν τε λόχον κήρυκά τ᾽ ἐρυθρόν.

τοῖσι δὲ Σιφνίοισι τότε ἦν ἡ ἀγορὴ καὶ τὸ πρυτανήϊον Παρίῳ λίθῳ ἠσκημένα.

νη΄. Τοῦτον τὸν χρησμὸν οὐκ οἷοί τε ἦσαν γνῶναι, οὔτε τότε εὐθὺς, οὔτε τῶν Σαμίων ἀπιγμένων. ἐπεί τε γὰρ τάχιςα πρὸς τὴν Σίφνον προσέσχον οἱ Σάμιοι, ἔπεμπον τῶν νεῶν μίαν πρέσβεας ἄγουσαν ἐς τὴν πόλιν. τὸ δὲ παλαιὸν ἅπασαι αἱ νῆες ἦσαν μιλτηλεφέες. καὶ ἦν τοῦτο τὸ ἡ Πυθίη προηγόρευε τοῖσι Σιφνίοισι, φυλά-

apud Delphos thesaurus locupletissimo cuique par. Siphnii autem ipsi pecuniam quae quotannis conficiebatur distribuebant. Qui dum thesaurum parabant, nunquid diu permanere possent ipsis praesentia bona, consuluere oraculum. Eis ita Pythia respondit,

> Quum tamen in Siphno fuerint prytaneia cana,
> Cana fori facies, tunc vir vafer adsit oportet,
> Qui notet e ligno agmen, legatumque rubentem.

Erant eo tempore Siphniis forum et prytaneium Pario lapide exculta.

58. Hoc autem oraculum Siphnii neque tunc statim, neque post adventum Samiorum intelligere potuerunt. Nam Samii quum primum ad Siphnum adplicuissent, miserunt ad urbem cum legatis unam e navibus. Veteri autem instituto naves omnes erant rubrica delibutae: atque hoc erat quod Siphniis Pythia prae-

dixit, ut obſervarent ligneum agmen ac rubrum legatum. Nuncii igitur ubi pervenere, decem ſibi talenta mutuari Siphnios precabantur. Negantibus Siphniis ſe mutua daturos, Samii eorum agros populabantur. Id audientes Siphnii, continuo occurrentes, commiſſa pugna fugati ſunt: eorumque multi ab urbe a Samiis intercluſi, a quibus poſtea centum talenta exegerunt.

59. Ab Hermionenſibus inſulam Samii pecuniarum loco acceperunt, Thyream Peloponneſo adjacentem, quam Troezeniis obligaverunt: ipſi Cydoniam in Creta condiderunt, quum illuc non ea de cauſſa navigaſſent, ſed ut Zacynthios ex inſula ſummoverent. In hac quinquennium degentes, ita rem bene geſſerunt, ut templa quae nunc in Cydonia viſuntur, iſti fecerint, et Dictynnae praeterea delubrum. Sexto eos anno Aegine-

ξασθαι τὸν ξύλινον λόχον κελεύουσα, καὶ κήρυκα ἐρυθρόν. ἀπικόμενοι δ' ὦν οἱ ἄγγελοι ἐδέοντο τῶν Σιφνίων, δέκα τάλαντά σφι χρῆσαι. οὐ φασκόντων δὲ χρήσειν τῶν Σιφνίων αὐτοῖσι, οἱ Σάμιοι τοὺς χώρους αὐτῶν ἐπόρθεον. πυθόμενοι δ' εὐθὺς ἧκον οἱ Σίφνιοι βοηθέοντες, καὶ συμβαλόντες αὐτοῖσι, ἑσσώθησαν· καὶ αὐτῶν πολλοὶ ἀπεκληΐσθησαν τοῦ ἄστεος ὑπὸ τῶν Σαμίων· καὶ αὐτοὺς μετὰ ταῦτα ἑκατὸν τάλαντα ἔπρηξαν.

νθ'. Παρὰ δὲ Ἑρμιονέων νῆσον ἀντὶ χρημάτων παρέλαβον, Θυρέην τὴν ἐν Πελοποννήσῳ, καὶ αὐτὴν Τροιζηνίοισι παρακατέθεντο. αὐτοὶ δὲ Κυδωνίην τὴν ἐν Κρήτῃ ἔκτισαν· οὐκ ἐπὶ τοῦτο πλέοντες, ἀλλὰ Ζακυνθίους ἐξελῶντες ἐκ τῆς νήσου. ἔμειναν δ' ἐν ταύτῃ καὶ εὐδαιμόνησαν ἐπ' ἔτεα πέντε, ὥστε τὰ ἱρὰ τὰ ἐν Κυδωνίῃ ἐόντα νῦν, οὗτοί εἰσι οἱ ποιήσαντες, καὶ τὸν τῆς Δικτύνης νηόν. ἕκτῳ δὲ ἔτεϊ Αἰγινῆται αὐ-

τοὺς ναυμαχίῃ νικήσαντες, ἠνδραποδίσαντο μετὰ Κρητῶν. καὶ τῶν νηῶν καπρίους ἐχουσέων τὰς πρώρας ἠκρωτηρίασαν, καὶ ἀνέθεσαν ἐς τὸ ἱρὸν τῆς Ἀθηναίης ἐν Αἰγίνῃ. ταῦτα δὲ ἐποίησαν ἔγκοτον ἔχοντες Σαμίοισι Αἰγινῆται. πρότεροι γὰρ [a] Σάμιοι ἐπ᾽ Ἀμφικράτεος βασιλεύοντος ἐν Σάμῳ, στρατευσάμενοι ἐπ᾽ Αἴγιναν, μεγάλα κακὰ ἐποίησαν Αἰγινήτας, καὶ ἔπαθον ὑπ᾽ ἐκείνων. ἡ μὲν αἰτίη αὕτη.

ξ΄. Ἐμήκυνα δὲ περὶ Σαμίων μᾶλλον, ὅτι σφι τρία ἐστὶ μέγιστα ἁπάντων Ἑλλήνων ἐξεργασμένα, οὔρεός τε ὑψηλοῦ ὄρυγμα [b] ἐς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν ὀργυάς· τοῦτο τὸ ὄρυγμα κάτωθεν ἀρξάμενον, ἀμφίστομον. τὸ μὲν μῆκος τοῦ ὀρύγματος, ἑπτὰ στάδιοί εἰσι· τὸ δὲ ὕψος καὶ εὖρος, ὀκτὼ ἑκάτερον πόδες. διὰ παντὸς δὲ αὐτοῦ ἄλλο ὄρυγμα εἰκοσίπηχυ βάθος ὤρυκται [c], τρίπουν δὲ τὸ εὖρος· δι᾽ οὗ τὸ ὕδωρ μετοχε-

[a] πρότερον μὲν γάρ. [b] Haec vox ὄρυγμα non est in MS. et patet interpreti fuisse ignotam. [c] ὀρώρυκται.

tae navali proelio victos cum Cretensibus subegerunt in servitutem, ac naves aprugnis proris instructas, rostratas, mutilaverunt, easque apud Minervae templum in Aegina dedicaverunt. Haec Aeginetae Samiis fecere, infensi quod illi antea sub Amphicrate Sami rege, bello Aeginae illato, magnis cladibus illos affecerant, et invicem affecti fuerant. et haec quidem fuit caussa.

60. Protraxi autem sermonem de Samiis ob hoc magis, quod tria sunt apud eos opera Graecanicorum omnium maxima. Unum montis in centum quinquaginta orgyias editi; fossa ab ejus imo incipiens habet duplex os, longitudinis fossae septem stadiorum; celsitudinis autem ac latitudinis, utriusque octonûm pedum. Item per eum totum altera fossa depressa est viginti cubitorum altitudinis, trium

pedum latitudinis, per quam derivata a magno fonte aqua, fistulis diffusa in urbem deducitur. Hujus fossae architectus extitit Megarensis Eupalinus Naustrophi filius. Hoc primum e tribus operibus est. Alterum agger circa portum in mari, ad viginti orgyias altitudinis, duobus amplius stadiis longitudinis. Tertium opus est templum omnium quae nos vidimus amplissimum, cujus architectus primus extitit Rhoecus, Philei filius, indigena. Horum operum gratia sermonem aliquanto magis de Samiis extendi.

61. CAMBYSE Cyri circa Aegyptum moras trahente, ac desipiente, duo magi iidemque fratres contra eum insurrexerunt: quorum alterum Cambyses reliquerat rei domesticae curatorem. Hic cognita Smerdis nece, quae occultabatur, paucisque Persarum erat nota, plerisque eum vivere arbitrantibus, haec in consi-

τευόμενον διὰ τῶν σωλήνων, παραγίνεται ἐς τὴν πόλιν ἀγόμενον ἀπὸ μεγάλης πηγῆς. ἀρχιτέκτων δὲ τῦ ὀρύγματος τούτου ἐγένετο Μεγαρεὺς Εὐπαλῖνος Ναυςρόφου. τῦτο μὲν δὴ ἓν τῶν τριῶν ἐςι· δεύτερον δὲ περὶ λιμένα χῶμα ἐν θαλάσσῃ, βάθος κατὰ εἴκοσι ὀργυιέων· μῆκος δὲ τῦ χώματος, μέζον δύο ςαδίων. τρίτον δέ σφι ἐξέργαςαι νηὸς μέγιςος πάντων νηῶν τῶν ἡμεῖς ἴδμεν· τῦ ἀρχιτέκτων πρῶτος ἐγένετο Ῥοῖκος Φίλεω ἐπιχώριος. τύτων εἵνεκε μᾶλλόν τι περὶ Σαμίων ἐμήκυνα.

ξα'. Καμβύσῃ δὲ τῷ Κύρυ, χρονίζοντι περὶ Αἴγυπτον, καὶ παραφρονήσαντι, ἐπανιςέαται ἄνδρες μάγοι δύο ἀδελφεοί· τῶν τὸν ἕτερον καταλελοίπεε τῶν οἰκηΐων μελεδωνὸν ὁ Καμβύσης. οὗτος δὴ ὦν οἱ ἐπανέςη μαθών τε τὸν Σμέρδιος θάνατον, ὡς κρύπτοιτο γενόμενος, καὶ ὡς ὀλίγοι τε ἦσαν οἱ ἐπιςάμενοι αὐτὸν Περσέων, οἱ δὲ πολλοὶ περιεόντα μιν εἰδείησαν· πρὸς ταῦτα

βȣλεύσας τάδε, ἐπεχείρησε τοῖσι βασιληΐοισι. ἦν οἱ ἀδελφεὸς τὸν εἶπά οἱ συνεπαναςῆναι, οἰκὼς μάλιςα τὸ εἶδος Σμέρδι τῷ Κύρου, τὸν ὁ Καμϐύσης ἐόντα ἑωϋτοῦ ἀδελφεὸν ἀπέκλεινε. ἦν τε δὴ ὅμοιος εἶδος τῷ Σμέρδι, καὶ δὴ κ̀ȝ οὔνομα τὠϋτὸ εἶχε Σμέρδιν [d]. τοῦτον τὸν ἄνδρα ἀναγνώσας ὁ μάγος Πατιζείθης, ὥς οἱ αὐτὸς πάντα διαπρήξει, εἷσε ἄγων ἐς βασιλήϊον θρόνον. ποιήσας δὲ τȣ̃το, κήρυκας διέπεμπε τῇ τε ἄλλῃ καὶ δὴ καὶ ἐς Αἴγυπτον, προερέοντα τῷ ςρατῷ ὡς Σμέρδιος τȣ̃ Κύρου ἀκȣςέα εἴη τοῦ λοιποῦ, ἀλλ' ȣ̓ Καμϐύσεω.

ξϛ'. Οἵτε δὴ ὦν ἄλλοι κήρυκες προηγόρευον ταῦτα, κ̀ȝ δὴ κ̀ȝ ὁ ἐπ' [e] Αἴγυπτον ταχθεὶς, (εὕρισκε γὰρ Καμϐύσεα κ̀ȝ τὸν ςρατὸν ἐόντα τῆς Συρίης ἐν Εκϐατάνοισι) προηγόρευε ςὰς ἐς μέσον [f] τὰ ἐντεταλμένα ἐκ τοῦ μάγου. Καμϐύσης δὲ ἀκούσας ταῦτα ἐκ τȣ̃ κήρυκος, κ̀ȝ ἐλπίσας μιν λέ-

[d] Σμέρδις. [e] ȣ δὴ κ̀ȝ ἐπ'. [f] ςὰς ἐν μέσοισι.

lium istud adhibens, inhiavit regiis opibus. Erat ei frater, quem dixi una cum illo contra eum conspirasse, corporis habitu quamsimillimus Smerdi, Cyri filio, quem Cambyses fratrem suum interemit: nec specie tantum corporis Smerdi assimilis, sed etiam nomen habebat Smerdin. Hunc virum magus Patizithes instructum quemadmodum ipse illi omnia peracturus esset, in regium solium perducit. Hoc acto, caduceatores cum in alia loca, tum vero unum in Aegyptum dimittit ad exercitum, qui ediceret ut Smerdi Cyri filio deinceps obedirent, non Cambysi.

62. Haec caduceatores alii alibi edixere. Is quoque qui ad Aegyptum delegatus erat, (invenit autem Cambysem atque exercitum in Ecbatanis Syriae agentem) stans in medio, praecepta magi exposuit. Haec audiens Cambyses, vera

loqui caduceatorem ratus, ſeque a Prexaſpe eſſe proditum, quod miſſus ad occidendum Smerdin, rem non peregiſſet, intuens in eum, ‘ Prexaſpes, inquit, rem ‘ mihi non exequutus es, quam injunxe‘ ram.’ Ad quem ille, ‘ Iſta, ô here, ait, ‘ haudquaquam vera ſunt, ut aut frater ‘ tuus aliquando rebellaverit in te, aut ‘ quippiam ex illo viro certaminis exiſtat ‘ magni exiguive. quippe quum ego ipſe ‘ exequutus quae tu mihi imperaſti eum ‘ humarim meis ipſius manibus. Quod ſi ‘ defuncti reſurgunt, expecta ut tibi etiam ‘ Aſtyages Medus inſurrecturus ſit: ſin ‘ autem ita habet ut antea, nullum tibi ‘ ex illo novum malum amplius germina‘ bit. Igitur mihi videtur curare, ut re‘ prehendamus caduceatorem, et percon‘ tando indagemus, a quo veniens nobis ‘ denunciet Smerdin regem audire.’

63. Haec loquentem Prexaſpem Cam-

γειν ἀληθέα, αὐτός τε προδεδόσθαι ἐκ Πρηξάσπεος (πεμφθέντα γὰρ αὐτὸν ὡς ἀποκτενέοντα Σμέρδιν, οὐ ποιῆσαι ταῦτα) βλέψας ἐς τὸν Πρηξάσπεα, εἶπε, ‘ Πρήξασπες, οὕτω μοι διεπρήξαο τό τοι προσέθηκα πρῆγμα.’ ὁ δὲ εἶπε, ‘ Ω δέσποτα, οὐκ ἔστι ταῦτα ἀληθέα ὅκως κοτέ σοι Σμέρδις ἀδελφεὸς ὁ σὸς ἐπανέστηκε, οὐδὲ ὅκως τὶ ἐξ ἐκείνου τοῦ ἀνδρὸς νεῖκός τοι ἔσται [a] ἢ μέγα ἢ σμικρόν. ἐγὼ γὰρ αὐτὸς, ποιήσας τὰ σύ με ἐκέλευες, ἔθαψά μιν χερσὶ τῇσι ἐμεωϋτοῦ. εἰ μέν νυν οἱ τεθνεῶτες ἀνεστέασι, προσδέκεό τοι καὶ Αστυάγεα τὸν Μῆδον ἐπαναστήσεσθαι· εἰ δ᾽ ἔστι ὥσπερ πρὸ τοῦ, οὐ μήτι τοι ἔγκε ἐκείνου νεώτερον κακὸν ἀναβλάστῃ. νῦν ὦν μοι δοκέει, μεταδιώξαντας τὸν κήρυκα, ἐξετάζειν εἰρωτεῦντας παρ᾽ ὅτευ ἥκων προαγορεύει ἡμῖν Σμέρδιος βασιλῆος ἀκούειν.’

ξγ΄. Ταῦτα εἴπαντος Πρηξάσπεος,

[a] νεῖκός τι ἔσται.

(ἤρεσε γὰρ Καμβύσῃ) αὐτίκα μέταδίωκτος γενόμενος ὁ κῆρυξ ἧκε. ἀπιγμένον δέ μιν εἴρετο ὁ Πρηξάσπης τάδε, ‘ Ὤνθρωπε, φὴς ‘ γὰρ ἥκειν παρὰ Σμέρδιος τοῦ Κύρου ἄγ- ‘ γελος· νῦν ὦν εἴπας τὴν ἀληθηΐην, ἄπι- ‘ θι χαίρων· κότερα αὐτός τι Σμέρδις ‘ φαινόμενος ἐν ὄψει ἐνετέλλετο ταῦτα, ‘ ἢ τῶν τις ἐκείνου ὑπηρετέων.’ ὁ δὲ εἶπε, ‘ Ἐγὼ Σμέρδιν μὲν τὸν Κύρου ἐξ ὅτου βα- ‘ σιλεὺς Καμβύσης ἤλασε ἐς Αἴγυπτον, ‘ οὔκω ὄπωπα [b]· ὁ δέ μοι μάγος τὸν Καμ- ‘ βύσης ἐπίτροπον τῶν οἰκηΐων ἀπέδεξε, ‘ οὗτος ταῦτα ἐνετείλατο, φὰς Σμέρδιν ‘ τὸν Κύρου εἶναι τὸν ταῦτα ἐπιθέμενον ‘ εἶπαι πρὸς ὑμέας.’ ὁ μὲν δή σφι ἔλεγε, οὐδὲν ἐπικατεψευσμένος. Καμβύσης δὲ εἶ- πε, ‘ Πρήξασπες, σὺ μέν, οἷα ἀνὴρ ἀγα- ‘ θός, ποιήσας τὸ κελευόμενον, αἰτίην ἐκ- ‘ πέφευγας· ἐμοὶ δὲ τίς ἂν εἴη Περσέων ‘ ὁ ἐπανεστεώς, ἐπιβατεύων τοῦ Σμέρδιος ‘ οὐνόματος;’ ὁ δὲ εἶπε, ‘ Ἐγώ μοι δοκέω

[b] οὐκ ὄπωπα.

byſi audienti quum placuiſſent, confeſtim reprehenſus caduceator venit. Eum, ubi rediit, Prexaſpes his verbis interrogavit, ' O homo, quandoquidem te ais a ' Smerdi Syri filio venire nuncium, dicito ' veritatem, qua dicta, abito ſoſpes. Utrum ' Smerdis ipſe in conſpectum datus tibi iſta mandavit, an quiſpiam ejus miniſtrorum?' Tum ille, ' Equidem, inquit, ego ' Smerdin Cyri filium, ex quo Cambyſes ' rex in Aegyptum fecit expeditionem, ' nunquam conſpexi: ſed magus quem ' Cambyſes rerum ſuarum familiarium ' procuratorem conſtituit, is mihi iſta ' mandavit, dicens Smerdin Cyri filium ' eſſe, qui imperet haec apud vos dicere.' Haec ille loquutus fuit, nihil ementitus. Tum Cambyſes, ' Prexaſpes, inquit, tu ' quidem ut vir bonus, facto quod imperatum erat, culpam effugiſti: verum ' quiſnam e Perſis mihi inſurrexerit, occupato Smerdis nomine?' Ad quem

Prexaſpes, 'Ego, inquit, ô Rex, hoc quod 'actum eſt mihi videor intelligere. Magi 'ſunt qui adverſus te inſurrexerunt, Patizithes quem tu rerum familiarium curatorem reliquiſti, et frater ejus Smerdis.'

64. Ibi Cambyſem, quum Smerdis audiſſet nomen, percuſſit veritas ſermonis, ac ſomnii, qui viſus fuerat videre in ſomno aliquem ipſi nunciare, Smerdin regio inſidentem ſolio, caelum tangere vertice. Agnoſcens itaque ſine cauſſa fratris interemptorem ſe fuiſſe, deflebat Smerdin. Quem ubi deflevit (ut erat omni clade afflictus) in equum inſiluit, habens in animo quamraptiſſime Suſa verſus exercitum ducere in magum. Inſiliente in equum, fungus vaginae gladii excidit, unde nudatus gladius percuſſit femur. Vulneratus in ea parte in qua prius ipſe Aegyptiorum deum Apin percuſſerat, poſtquam viſa fuit plaga letalis, Cambyſes, quodnam illi oppido nomen eſſet inter-

‘ συνιέναι τὸ γεγονὸς τοῦτο, ὦ βασιλεῦ. οἱ ‘ μάγοι εἰσί τοι οἱ ἐπανεστεῶτες, τόν τε ‘ ἔλιπες μελεδωνὸν τῶν οἰκίων, Πατιζεί- ‘ θης, καὶ ὁ τούτου ἀδελφεὸς Σμέρδις.

ξδ'. Ενθαῦτα ἀκούσαντα Καμβύσεα τὸ Σμέρδιος οὔνομα, ἔτυψε ἡ ἀληθηίη τῶν τε λόγων καὶ τοῦ ἐνυπνίου· ὃς ἐδόκεε ἐν τῷ ὕπνῳ ἀπαγγεῖλαι τινά οἱ ὡς Σμέρδις ἱζόμενος ἐς τὸν βασιλήϊον θρόνον, ψαύσειε τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ. μαθὼν δὲ ὡς μάτην ἀπολωλεκὼς εἴη τὸν ἀδελφεὸν, ἀπέκλαιε Σμέρδιν. ἀποκλαύσας δὲ, καὶ περιημεκλήσας τῇ ἁπάσῃ συμφορῇ, ἀναθρώσκει ἐπὶ τὸν ἵππον, ἐν νόῳ ἔχων τὴν ταχίστην ἐς Σοῦσα στρατεύεσθαι ἐπὶ τὸν μάγον. καί οἱ ἀναθρώσκοντι ἐπὶ τὸν ἵππον, τοῦ κουλεοῦ τοῦ ξίφεος ὁ μύκης ἀποπίπτει. γυμνωθὲν δὲ τὸ ξίφος παίει τὸν μηρόν. τρωματισθεὶς δὲ κατὰ τοῦτο τῇ αὐτὸς πρότερον [a] τῶν Αἰγυπτίων θεὸν Απιν ἔπληξε, ὥς οἱ καιρίη ἔδοξε τετύφθαι, εἴρετο ὁ Καμβύσης ὅ,τι

[a] τοῦτο αὐτὸς τῇ πρότερον.

τῇ πόλι οὔνομα εἴη. οἱ δὲ εἶπαν [b] ὅτι Ἐκβάτανα [c]. τῷ δὲ ἔτι πρότερον ἐκέχρηστο ἐκ Βουτοῦς πόλιος ἐν Ἐκβατάνοισι τελευτήσειν τὸν βίον. ὁ μὲν δὴ ἐν τοῖσι Μηδικοῖσι Ἐκβατάνοισι ἐδόκεε τελευτήσειν γηραιὸς, ἐν τοῖσί οἱ ἦν πάντα τὰ πρήγματα. τὸ δὲ χρηστήριον τοῖσι ἐν Συρίῃ Ἐκβατάνοισι ἔλεγε ἄρα· καὶ δὴ ὡς τότε ἐπειρεόμενος ἐπύθετο τῆς πόλιος τὸ οὔνομα, ὑπὸ τῆς συμφορῆς τῆς τε ἐκ τοῦ μάγου ἐκπεπληγμένος, καὶ τοῦ τρώματος, ἐσωφρόνησε. συλλαβὼν δὲ τὸ θεοπρόπιον, εἶπε, ' Ἐνθαῦτα Καμβύσεα τὸν Κύρου ἐστὶ ' πεπρωμένον τελευτᾶν.'

ξέ. Τότε μὲν τοσαῦτα. ἡμέρῃσι δὲ ὕστερον ὡς εἴκοσι μεταπεμψάμενος Περσέων τῶν παρεόντων τοὺς λογιμωτάτους, ἔλεγέ σφι τάδε, ' Ὦ Πέρσαι, καταλελάβηκέ με, τὸ πάντων μάλιστα ἔκρυπτον ' πρηγμάτων, τοῦτο ἐς ὑμέας ἐκφῆναι. ἐ' γὼ γὰρ ἐὼν ἐν Αἰγύπτῳ, εἶδον ὄψιν ἐν

[b] εἶπον. [c] Ἀκβάτανα continue in MS.

rogavit. Illi ajunt Ecbatana. Et jam antea erat illi redditum ex urbe Buto oraculum, eum in Ecbatanis deceſſurum: et ipſe quidem interpretabatur ſe in Ecbatanis Mediae (ubi res ejus omnis erat) ſenem vita functurum; at oraculum in Ecbatanis Syriae utique loquebatur. Tunc poſtquam ſciſcitatus reſcivit oppidi nomen, prae calamitate, tum ex mago perculſus, tum ex vulnere, reſipuit, et oraculum expendens, 'Hoc in loco, inquit, 'fatale eſt Cambyſem Cyri decedere.'

65. Hactenus tunc quidem. Viceſimo dehinc die accitis Perſarum qui aderant praeſtantiſſimis, ita inquit; 'Quod 'maxime occultum volebam, Perſae, id 'apprehendit me, ut apud vos efferam. 'ego enim quum in Aegypto agerem, in'ter quietem viſum vidi, quod utinam

'minime vidissem! Videbatur mihi nuncius quidam domo adveniens, nunciare Smerdin in regio sedentem solio, coelum capite contingere. Ex quo veritus ne a fratre exuerer principatu, properantius quam prudentius feci. neque enim in hominis natura situm est avertere quod eventurum est. Itaque vanus ego Prexaspem Susa ad Smerdin interimendum mitto. Quo tanto malo perpetrato securius degebam, nequaquam conjectans fore, ut Smerdie sublato, alius quispiam mortalium in me exsurgeret. Verum prorsus in futuro frustratus, et parricida fratris quod non debuerat fieri, nec opus erat, extiti, et nihilominus regno exutus sum. nam Smerdis magus erat is quem daemon mihi per quietem praemonstravit in me arma sumpturum. Hoc opus quum ego perpetrarim, jam vobis Smerdin Cyri non superesse e-

‘ τῷ ὕπνῳ τὴν μηδαμᾶ ὄφελον ἰδεῖν. ἐδόκεον δέ μοι ἄγγελον ἐλθόντα ἐξ οἴκου ἀγγέλλειν, ὡς Σμέρδις ἱζόμενος ἐς τὸν βασιλήϊον θρόνον, ψαύσειε τῇ κεφαλῇ τοῦ οὐρανοῦ. δείσας δὲ μὴ ἀπαιρεθέω τὴν ἀρχὴν πρὸς τοῦ ἀδελφεοῦ, ἐποίησα ταχύτερα ἢ σοφώτερα. ἐν τῇ γὰρ ἀνθρωπηΐῃ φύσει οὐκ ἐνῆν ἄρα τὸ μέλλον γίνεσθαι ἀποτρέπειν. ἐγὼ δὲ ὁ μάταιος Πρηξάσπεα ἀποπέμπω ἐς Σοῦσα ἀποκτενέοντα Σμέρδιν. ἐξεργασθέντος δὲ κακοῦ τοσούτου, ἀδεῶς διαιτώμην, οὐδαμᾶ ἐπιλεξάμενος μή κοτέ τις μοι, Σμέρδιος ὑπαραιρημένου, ἄλλος ἐπαναστάιη ἀνθρώπων. παντὸς δὲ τοῦ μέλλοντος ἔσεσθαι ἁμαρτὼν, ἀδελφεοκτόνος τε οὐδὲν δέον γέγονα, καὶ τῆς βασιληΐης οὐδὲν ἧσσον ἐστέρημαι. Σμέρδις γὰρ δὴ ἦν ὁ μάγος, τόν μοι ὁ δαίμων προέφαινε ἐν τῇ ὄψει ἐπαναστήσεσθαι. τὸ μὲν δὴ ἔργον ἐξέργασταί μοι [1], καὶ Σμέρδιν τὸν Κύρου μηκέτι ὑμῖν ἐόν-

[1] ἔργασταί μοι.

‘ τα λογίζεσθε· οἱ δὲ ὑμῖν μάγοι κρατέουσι τῶν βασιληίων, τόν τε ἔλιπον ἐπίτροπον τῶν οἰκίων, καὶ ὁ ἐκείνου ἀδελφεὸς Σμέρδις. τὸν μέν νυν μάλιστα χρῆν ἐμεῦ αἰσχρὰ πρὸς τῶν μάγων πεπονθότος τιμωρέειν ἐμοὶ, οὗτος μὲν ἀνοσίῳ μόρῳ τετελεύτηκε ὑπὸ τῶν ἑωϋτοῦ οἰκηϊοτάτων. τούτου δὲ μηκέτι ἐόντος, δεύτερα τῶν λοιπῶν ὑμῖν ὦ Πέρσαι γίνεταί μοι ἀναγκαιότατον ἐντέλλεσθαι, τὰ θέλω μοι γενέσθαι, τελευτῶν τὸν βίον· καὶ δὴ ὑμῖν τάδε ἐπισκήπτω, θεοὺς τοὺς βασιληίους ἐπικαλέων, καὶ πᾶσιν ὑμῖν, καὶ μάλιστα Ἀχαιμενιδέων τοῖσι παρεοῦσι, μὴ περιϊδεῖν τὴν ἡγεμονίην αὖτις ἐς Μήδους περιελθοῦσαν· ἀλλ' εἴτε δόλῳ ἔχουσι αὐτὴν κτησάμενοι, δόλῳ ὑπαιρεθῆναι ὑπὸ ὑμέων· εἴτε καὶ σθένεϊ τέῳ [a] κατεργασάμενοι, σθένεϊ κατὰ τὸ καρτερὸν ἀνασώσασθαι. καὶ ταῦτα μὲν ποιεῦσι ὑμῖν γῆ τε καρπὸν ἐκφέροι, καὶ γυναῖκές τε καὶ

[a] σθένεϊ τῷ.

xiſtimetis, ſed magi vobis regnum oc-
' cuparunt: quorum alterum rerum do-
' meſticarum procuratorem reliqueram,
' alter ejus frater eſt Smerdis. Quem igi-
' tur decebat praecipue vicem meam ul-
' ciſci, ſi indigna a magis paſſus fuiſſem,
' is impia morte a proximis ſuis affectus
' eſt. Quum vero ille non ſit amplius, ſe-
' cundum ex reliquis mihi eſt vobis, ô Per-
' ſae, maxime neceſſarium mandare quae
' e vita exiens effici mihi volo. Ergo vo-
' bis haec praecipio, regios deos obte-
' ſtans cum omnibus vobis, tum maxime
' Achaemenidis qui adeſtis, ne negligatis
' imperium rurſus circumire ad Medos.
' Sed ſi dolo occupatum illud tenent, do-
' lo per vos ſurripiatur; ſin vi aliqua prae-
' reptum, vi, prout poteritis, recuperetis.
' Haec vobis facientibus, et tellus fruc-
' tum efferat, uxoreſque et pecua pariant in

'omne tempus libertate fruentibus: secus 'facientibus, et neque recuperantibus imperium neque aggredientibus recuperare contraria his quae dixi vobis fieri imprecor; et praeterea unicuique Persarum eum finem qualis mihi contigit.' Simul haec loquutus Cambyses, deflevit omnem suam conditionem.

66. Persae, ut regem lamentantem conspexere, universi tum vestimenta rescindere, tum effuso ploratu uti. Post haec ubi os vitiatum est, femurque celerrime computruit, Cambysi vita erepta est, Cyri filio, quum regnasset septem omnino annos et menses quinque, nulla prorsus prole suscepta virili femineave. At Persis qui aderant magna suffusa est incredulitas, rerum potiri magos, interpretantibus potius, Cambysem, quae de nece Smerdis

‘ ποῖμναι [b] τίκτοιεν ἐοῦσι ἐς τὸν ἅπαντα
‘ χρόνον ἐλευθέροισι· μηδ᾽ ἀνασωσαμέ-
‘ νοισι ἀρχὴν, μηδ᾽ ἐπιχειρήσασι ἀνασώ-
‘ ζειν, τὰ ἐναντία τούτοισι ἀρέομαι ὑμῖν
‘ γενέσθαι· κ̣ὶ προσέτι τούτοισι, τὸ τέλος
‘ Περσέων ἑκάστῳ ἐπιγενέσθαι οἷον ἐμοὶ
‘ ἐπιγέγονε.’ ἅμα τε εἴπας ταῦτα ὁ Καμβύσης, ἀπέκλαιε πᾶσαν τὴν ἑωϋτοῦ πρῆξιν.

ξς΄. Πέρσαι δ᾽ ὡς τὸν βασιλέα εἶδον ἀνακλαύσαντα, πάντες τά τε ἐσθῆτος ἐχόμενα εἶχον, ταῦτα κατήρικόν [c] τε καὶ οἰμωγῇ ἀφθόνῳ διεχρέωντο. μετὰ δὲ ταῦτα, ὡς ἐσφακέλισέ τε τὸ ὀστέον, κ̣ὶ ὁ μηρὸς τάχιστα ἐσάπη, ἀπήνεικε Καμβύσεα τὸν Κύρου, βασιλεύσαντα μὲν τὰ πάντα ἑπτὰ ἔτεα κ̣ὶ μῆνας πέντε, ἄπαιδα δὲ τὸ παράπαν ἐόντα ἔρσενος καὶ θήλεος γόνου. Περσέων δὲ τοῖσι παρεοῦσι ἀπιστίη πολλὴ ὑπεκέχυτο, τοὺς μάγους ἔχειν τὰ πρήγματα· ἀλλ᾽ ἠπιστέατο ἐπὶ διαβολῇ εἰπεῖν

[b] ποίμνια. [c] κατήρικον,

Καμβύσεα τὰ εἶπε περὶ τοῦ Σμέρδιος θανάτου, ἵνα οἱ ἐκπολεμωθῇ πᾶν τὸ Περσικόν. οὗτοι μέν νυν ἠπιςέατο Σμέρδιν τὸν Κύρου βασιλέα ἀνεςεῶτα· δεινῶς γὰρ καὶ ὁ Πρηξάσπης ἔξαρνος ἦν μὴ μὲν ἀποκτεῖναι Σμέρδιν. οὐ γὰρ ἦν οἱ ἀσφαλὲς, Καμβύσεω τετελευτηκότος, φάναι τὸν Κύρου υἱὸν ἀπολωλεκέναι αὐτοχειρίη.

ξζʹ. Ὁ δὲ δὴ μάγος, τελευτήσαντος Καμβύσεω, ἀδεῶς ἐβασίλευσε, ἐπιβατεύων τοῦ ὁμωνύμου Σμέρδιος τοῦ Κύρου μῆνας ἑπτὰ τοὺς ἐπιλοίπους Καμβύσῃ ἐς τὰ ὀκτὼ ἔτεα τῆς πληρώσιος· ἐν τοῖσι ἀπεδέξατο ἐς τοὺς ὑπηκόους πάντας εὐεργεσίας μεγάλας, ὥςτε ἀποθανόντος αὐτοῦ πόθον ἔχειν πάντας τοὺς ἐν τῇ Ἀσίῃ, πάρεξ αὐτῶν Περσέων. διαπέμψας γὰρ ὁ μάγος ἐς πᾶν ἔθνος τῶν ἦρχε, προεῖπε ἀτεληΐην εἶναι ςρατηΐης καὶ φόρου ἐπ' ἔτεα τρία. προεῖπε μὲν δὴ ταῦτα αὐτίκα ἀνιςάμενος ἐς τὴν ἀρχήν.

dixisset, ea dixisse ut sic ab eo omne nomen Persicum ad hostilem iram concitaretur. Itaque pro certo habebant Smerdin Cyri exsurrexisse regem, utpote etiam Prexaspe usque pernegante a se fuisse Smerdin interfectum. Neque enim tutum ei erat post Cambysis obitum fateri, ipsius manu filium Cyri interemptum.

67. Magus defuncto Cambyse, simulando se Smerdin esse Cyri filium, qui ipsi fuerat cognominis, securus regnavit menses septem, qui reliqui erant ad implendum octavum annum regni Cambysis: per quos menses in subjectos omnes munificentiam permagnam exhibuit, adeo ut ejus defuncti magnum ceperit desiderium omnes Asiaticos, ipsis Persis exceptis. Nam missis ad singulas quibus imperabat nationes edictis, magus immunitatem tributorum ac vacationem militiae in triennium tribuit: atque hoc quidem statim adeptus imperium edixit.

68. Octavo autem mense, quisnam esset compertus est hunc in modum. Erat Otanes Pharnaspis filius, sed genere atque opibus primo cuique Persarum par. Hic Otanes magum non esse Smerdin filium Cyri, primus suspicatus est, sed eum qui erat, hac conjectura, quod neque ex arce progrediebatur, neque Persarum procerum quempiam ad conspectum suum vocabat. Itaque cum suspectum habens, hoc fecit. Habebat filiam ejus nomine Phaedymam Cambyses, eamque ipsam tunc magus tenebat ejusque consuetudine utebatur, ut aliarum omnium Cambysis uxorum. Otanes mittens ad eam sciscitabatur quocum homine cubaret, utrum cum Smerdie Cyri, an cum alio quopiam. Illa remisit negans se scire, quippe quae nec Smerdin filium Cyri vidisset unquam, nec eum cum quo cubaret nosset quis-

ξη'. Ογδόῳ δὲ μηνὶ ἐγένετο κατάδηλος τρόπῳ τοιῷδε· Οτάνης ἦν Φαρνάσπεω μὲν παῖς, γένεϊ δὲ καὶ χρήμασι ὁμοίως τῷ πρώτῳ Περσέων. οὗτος ὁ Οτάνης [a] πρῶτος ὑπώπτευσε τὸν μάγον, ὡς οὐκ εἴη ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλ' ὅσπερ ἦν· τῇδε συμβαλλεόμενος, ὅτι τε οὐκ ἐξεφοίτα ἐκ τῆς ἀκροπόλιος, καὶ ὅτι οὐκ ἐκάλεε ἐς ὄψιν ἑωϋτῷ οὐδένα τῶν λογίμων Περσέων. ὑποπτεύσας δέ μιν, ἐποίεε τάδε. ἔσχε αὐτοῦ ὁ Καμβύσης θυγατέρα, τῇ οὔνομα ἦν Φαιδύμη· τὴν αὐτὴν δὴ ταύτην εἶχε τότε ὁ μάγος, καὶ ταύτῃ τε συνοίκεε [b], καὶ τῇσι ἄλλῃσι πάσῃσι τῇσι τοῦ Καμβύσεω γυναιξί. πέμπων δὴ ὦν ὁ Οτάνης παρ' αὐτὴν [c] τὴν θυγατέρα, ἐπυνθάνετο παρ' ὅτεῳ ἀνθρώπων κοιμῷτο, εἴτε μετὰ Σμέρδιος τοῦ Κύρου, εἴτε μετὰ ἄλλου τευ. ἡ δέ οἱ ἀντέπεμπε, φαμένη οὐ γινώσκειν· οὔτε γὰρ τὸν Κύρου Σμέρδιν ἰδέσθαι οὐδαμᾶ, οὔτε ὅστις

[a] οὗτος ὢν ὁ Οτάνης. [b] ταύτῃ συνοίκεε. [c] MS. habet παρ' αὐτὸν. Nescio an quid lateat.

εἴη ὁ συνοικέων αὐτῇ εἰδέναι. ἔπεμπε δεύτερα ὁ Οτάνης, λέγων, ‘ Εἰ μὴ αὐτὴ ‘ Σμέρδιν τὸν Κύρου γινώσκεις, σὺ δὲ παρὰ Ατόσσης πύθευ ὅτεῳ τούτῳ συνοικέει ‘ αὐτή τε ἐκείνη, καὶ σύ. πάντως γὰρ δή ‘ κου τόν γε ἑωϋτῆς ἀδελφεὸν γινώσκει.’ ἀντιπέμπει πρὸς ταῦτα ἡ θυγάτηρ, ‘ Οὔτε Ατόσσῃ δύναμαι ἐς λόγους ἐλθεῖν, οὔ‘ τε ἄλλην οὐδεμίην ἰδέσθαι τῶν συγκατημένων γυναικῶν. ἐπεί τε γὰρ τάχιστα ‘ οὗτος ἄνθρωπος, ὅστις κοτέ ἐστι, παρέλαβε τὴν βασιληΐην, διέσπειρε ἡμέας, ‘ ἄλλην ἄλλῃ τάξας.’

ξθ′. Ακούοντι δὲ ταῦτα τῷ Οτάνῃ, μᾶλλον κατεφαίνετο τὸ πρῆγμα. τρίτην δὲ ἀγγελίην ἐσπέμπει παρ᾽ αὐτὴν, λέγουσαν ταῦτα, ‘ Ω θύγατηρ, δεῖ σε γεγονυῖαν εὖ, κίνδυνον ἀναλαβέσθαι τὸν ἂν ‘ ὁ πατὴρ ὑποδύνειν κελεύῃ [d]. ἢν γὰρ δὴ ‘ μή [e] ἐστι ὁ Κύρου Σμέρδις, ἀλλὰ τὸν ‘ καταδοκέω [f] ἐγὼ, οὔτοί μιν σοί τε συγ-

[d] κελεύοι. [e] γὰρ μὴ. [f] τὸν ἂν καταδοκέω.

nam esset. Altera vice mittit Otanes, in-
'quiens, 'Si ipsa Smerdin Cyri non ha-
'bes cognitum, tu vero sciscitare ab Atos-
'sa quocum viro tu atque illa cubitetis.
'omnino enim illa suum ipsius novit fra-
'trem.' Filia ad hoc respondit, 'Ne in
'Atossae quidem colloquium venire pos-
'sum, aut ullam aliam cernere considen-
'tium mulierum. Namque hic vir, quis-
'quis est, quumprimum adeptus est reg-
'num, nos dispersit, aliam alibi collo-
'cans.'

69. Audienti haec Otani res est visa manifestior. Itaque tertio nuncium ad eandem mittit in haec verba, 'Filia, decet 'te bonis ortam natalibus, suscipere pe'riculum, quod te subire pater hortatur. 'Si enim iste Smerdis, filius Cyri non est, 'sed is quem ego suspicor, non debet tua

'fruens consuetudine, et potentiam Persarum obtinens, hinc laetus abire, sed 'poenas luere. Nunc igitur hoc agito: 'quum tecum cubabit, animadvertesque 'somno vinctum, palpa ejus aures: quas 'si habentem compereris, cum Smerdie 'filio Cyri te cubare existima: sin minus, 'cum Smerdie mago.' Ad haec Phaedyma remittit, se, si id faciat, magnum aditaram discrimen, quoniam probe scit, si ille careat auribus, et ipsa in palpando deprehendatur, fore ut ipsa ab illo trucidetur: tamen se id facturam. Et Phaedyma quidem recipit se patri hoc perfecturam. Huic autem Smerdi mago Cyrus, quum regnaret, aures praeciderat, non exigua de caussa. Ergo Phaedyma haec Otanis filia, quaecunque receperat patri, exequuta est. nam ubi vices ejus fuerunt adeundi magum, (etenim uxores Persarum per

‘ κοιμώμενον, καὶ τὸ Περσέων κράτος ἔχοντα, δεῖ χαίροντα ἀπαλλάσσειν, ἀλλὰ δοῦναι δίκην. νῦν ὦν ποίησον τάδε· ἐπεάν σοι συνεύδῃ, καὶ μάθῃς αὐτὸν κατυπνωμένον, ἄφασον αὐτοῦ τὰ ὦτα. καὶ ἢν μὲν φαίνηται ἔχων ὦτα, νόμιζε σεωϋτὴν Σμέρδι τῷ Κύρου συνοικέειν· ἢν δὲ μὴ ἔχων, σὺ δὲ τῷ μάγῳ Σμέρδι.’ ἀντιπέμπει πρὸς ταῦτα ἡ Φαιδύμη, φαμένη κινδυνεύσειν μεγάλως ἢν ποιῇ ταῦτα. ἢν γὰρ δὴ μὴ τυγχάνῃ τὰ ὦτα ἔχων, ἐπίλαμπος δὲ ἀφάσσουσα [g] ἔσται, εὖ εἰδέναι ὡς ἀϊστώσει μιν. ὅμως μέντοι ποιήσειν ταῦτα. ἡ μὲν δὴ ὑπεδέξατο ταῦτα τῷ πατρὶ κατεργάσεσθαι [h]. τοῦ δὲ μάγου τούτου τοῦ Σμέρδιος Κῦρος ὁ Καμβύσεω ἄρχων τὰ ὦτα ἀπέτεμε ἐπ᾽ αἰτίῃ δή τινι οὐ σμικρῇ. ἡ ὦν δὴ Φαιδύμη [i] αὕτη ἡ τοῦ Ὀτάνεω θυγάτηρ, πάντα ἐπιτελέουσα τὰ ὑπεδέξατο τῷ πατρὶ, ἐπεί τε αὐτῇ μέρος ἐγίνετο τῆς ἀπίξιος παρὰ τὸν μάγον (ἐν περιτρο-

[g] ἀφάσουσα. [h] κατεργάσασθαι. [i] φαιδυμίη est in MS.

πῆ γὰρ δὴ αἱ γυναῖκες [a] φοιτέουσι τοῖσι Πέρσῃσι) ἐλθοῦσα παρ' αὐτὸν ηὗδε. ὑπνωμένου δὲ καρτερῶς τοῦ μάγου, ἤφασε τὰ ὦτα. μαθοῦσα δὲ οὐ χαλεπῶς ἀλλ' εὐπετέως οὐκ ἔχοντα τὸν ἄνδρα ὦτα, ὡς ἡμέρη τάχιστα ἐγεγόνεε, πέμψασα ἐσήμηνε τῷ πατρὶ τὰ γενόμενα.

ό. Ὁ δὲ Οτάνης παραλαβὼν Ασπαθίνην καὶ Γωβρύην, Περσέων τε πρώτους ἐόντας καὶ ἑωϋτῷ ἐπιτηδεωτάτους ἐς πίστιν, ἀπηγήσατο πᾶν τὸ πρῆγμα. οἱ δὲ καὶ αὐτοὶ ἄρα ὑπώπτευον οὕτω τοῦτο ἔχειν. ἀνενείκαντος δὲ τοῦ Οτάνεος [b] τοὺς λόγους, ἐδέξαντο· καὶ ἔδοξέ σφι ἕκαστον ἄνδρα Περσέων προσεταιρίσασθαι τοῦτον ὅτῳ πιστεύει μάλιστα. Οτάνης μέν νυν εἰσάγεται Ινταφέρνεα· Γωβρύης δὲ [c], Μεγάβυζον· Ασπαθίνης δὲ, Ὑδάρνεα. γεγονότων δὲ τούτων ἕξ, παραγίνεται ἐς τὰ Σοῦσα Δαρεῖος ὁ Ὑστάσπεος, ἐκ Περσέων ἥκων· τούτων γὰρ δὴ ἦν οἱ ὁ πατὴρ ὕπαρχος. ἐπεὶ ὦν

[a] δὴ γυναῖκες. [b] Οτάνω. [c] ὁ δὲ Γωβρύης.

circuitum ad illos pergunt) adiens magum, una cubuit, ejusque, dum vehementi somno correptus esset, aures palpavit: quibus carere hominem, non difficulter sed facile sane deprehendit. Ubi illuxit, celerrime patrem certiorem rei gestae facit.

70. Iste, sumptis Aspathine et Gobrya Persarumque primoribus, et ad fidem sibi servandam accommodatissimis, rem omnem exponit, qui et ipsi rem ita se habere suspicabantur. eoque verba quae Otanes attulerat, admiserunt: constitueruntque ut singuli sibi singulos in societatem deligerent e Persis quibus maxime confiderent. Ascivit itaque sibi Otanes Intaphernem, Gobryas Megabyzum, Aspathines Hydarnem. hi quum sex forent, advenit Susa Darius Hystaspis ex Persis veniens; nam his pater ejus praeerat. qui quum advenisset, placuit sex

Perſis Darium quoque in ſocietatem adſciſcere.

71. Qui quum ſeptem eſſent, congreſſi fidem mutuo dederunt et colloquuti ſunt. Quumque ad Darium ordo dicendae ſententiae veniſſet, ita apud ceteros verba fecit: ‘ Equidem mihi vide‘ bar ego ſolus noſſe magum regnare, et ‘ Smerdin, filium Cyri, mortem oppeti‘ iſſe: atque ob id ipſum dedita opera huc ‘ me contuli, ad necem mago comparan‘ dam. Verum quandoquidem contigit, ‘ ut vos quoque rem ſciatis et non ſolum ‘ ego, videtur mihi confeſtim eſſe pera‘ gendum neque differendum. neque e‘ nim id melius.’ Ad haec Otanes, ‘ Fili, ‘ inquit, Hyſtaſpis, et patre egregio ortus ‘ es, et te nihilo inferiorem eſſe patre tuo ‘ videris praeferre: noli tamen ita prope‘ rare ad rem aggrediendam inconſulto, ‘ ſed conſiderantius illam capeſſe: opor-

αὐτὸς ἀπίκετο, τοῖσι ἐξ τῶν Περσέων ἔδοξε καὶ Δαρεῖον προσεταιρίσασθαι.

οα´. Συνελθόντες δὲ οὗτοι ἐόντες ἑπτὰ, ἐδίδοσαν σφίσι πίστις [d] καὶ λόγȣς. ἐπεί τε δὲ ἐς Δαρεῖον ἀπίκετο γνώμην ἀποφαίνεσθαι, ἔλεγέ σφι τάδε· ‘ Ἐγὼ ταῦτα ἐ‘ δόκεον μὲν αὐτὸς [e] μȣ̃νος ἐπίστασθαι, ὅτι ‘ τε ὁ μάγος εἴη ὁ βασιλεύων, καὶ Σμέρδις ‘ ὁ Κύρȣ τετελεύτηκε. καὶ αὖ τȣ́τȣ [f] εἵ‘ νεκεν ἥκω σπουδῇ, ὡς συστήσων ἐπὶ τῷ ‘ μάγῳ θάνατον. ἐπεί τε δὲ συνήνεικε, ‘ ὥστε καὶ ὑμέας εἰδέναι, καὶ μὴ μοῦνον ἐμὲ, ‘ ποιέειν αὐτίκα μοι δοκέει, καὶ μὴ ὑπερ‘ βαλέσθαι. οὐ γὰρ ἄμεινον.’ εἶπε πρὸς ταῦτα ὁ Οτάνης, ‘ Ω παῖ Ὑστάσπεος, ‘ εἷς τε πατρὸς ἀγαθȣ̃, καὶ ἐκφαίνειν ἔ‘ οικας σεωϋτὸν ἐόντα τȣ̃ πατρὸς [g] οὐδὲν ‘ ἧσσω· τὴν μέντοι ἐπιχείρησιν ταύτην ‘ μὴ οὕτω συντάχυνε ἀβȣ́λως, ἀλλ’ ἐπὶ ‘ τὸ σωφρονέστερον αὐτὴν λάμβανε. δεῖ

[d] ἐδίδοσάν σφι πίστις. [e] ἐδόκεον αὐτὸς. [f] καὶ αὐτȣ̃ τȣ́τȣ. [g] ἐόντα πατρὸς.

‘ γὰρ πλεῦνας γενομένους, οὕτω ἐπιχειρέειν.’ λέγει πρὸς ταῦτα Δαρεῖος, ‘ Ἄνδρες οἱ παρεόντες, τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἐξ Ὀτάνεος εἰ χρήσεσθε, ἐπίστασθε ὅτι ἀπολέεσθε κάκιστα. ἐξοίσει γάρ τις πρὸς τὸν μάγον, ἰδίῃ περιβαλλόμενος ἑωϋτῷ κέρδεα. μάλιστα μέν νυν ὀφείλετε ἐπ’ ὑμέων αὐτῶν βαλόμενοι [h] ποιέειν ταῦτα· ἐπεί τε δὲ ὑμῖν ἀναφέρειν ἐς πλεῦνας ἐδόκεε, καὶ ἐμοὶ ὑπερέθεσθε, ἢ ποιέωμεν σήμερον, ἢ ἴστε ὑμῖν ὅτι ἢν ὑπερπέσῃ ἡ νῦν ἡμέρη, ὡς οὐκ ἄλλος φθὰς ἐμεῦ κατήγορος ἔσται, ἀλλὰ σφέας αὐτοὺς ἐγὼ κατερέω πρὸς τὸν μάγον.’

οϛ΄. Λέγει πρὸς ταῦτα Ὀτάνης, ἐπειδὴ ὥρα σπερχόμενον Δαρεῖον, ‘ Ἐπεί τε ἡμέας συνταχύνειν ἀναγκάζεις, καὶ ὑπερβάλλεσθαι οὐκ ἐᾷς, ἴθι ἐξηγέο αὐτὸς ὅτεῳ τρόπῳ πάριμεν ἐς τὰ βασιλήϊα, καὶ ἐπιχειρήσομεν αὐτοῖσι. Φυλακὰς γὰρ δὴ διεστεώσας οἶδας κου καὶ αὐ-

[h] βουλόμενοι.

'tet enim ita eum aggredi quum plures 'fuerimus.' Tum Darius, 'Viri, inquit, 'qui adeſtis, ſi eo quem Otanes dixit u-'temini modo, ſciatis vos teterrime peri-'turos. aliquis enim privati lucri ratione 'habita rem ad magum deferet. Et vos 'quidem debetis maxime in vos ſolos 'rem ſuſcipientes exequi: ſed quoniam 'ſtatuiſtis ad plures referendum et me 'adhibendum, aut hodie conficiamus, aut 'ſcitote, vobis ſi hodiernus elabatur dies, 'non alium occupaturum, ut me accuſet, 'ſed me ut vos deferam ad magum.'

72. Ad haec Otanes, quum cerneret Darium properare, 'Quoniam, inquit, 'nos una maturare compellis, nec ſinis 'differre, age, expone ipſe quonam pacto 'regiam introire poſſimus, et illos aggre-'di. excubias namque diſpoſitas eſſe, ipſe 'quoque, etſi non viſu, certe auditu no-

'sti: quas qua ratione transibimus?' Cui respondens Darius, 'Certe multa sunt, 'inquit, Otanes, quae nequeunt oratione 'declarari, sed facto: alia, quae oratione 'quidem possunt, sed unde nihil clari o- 'peris exstitit. Vos vero nostis, excubias 'quae dispositae sunt, haudquaquam dif- 'ficiles esse ad transeundum. Partim enim 'nos qui tales sumus, nemo non (quis- 'quis ille sit) cedet nobis, vel ob reveren- 'tiam, vel ob timorem; partim habeo 'ipse praetextum accommodatissimum 'propter quem transeamus: siquidem mo- 'do e Persis venire me dicam, ac velle 'quaedam a patre mandata regi nuncia- 're. Ubi enim oportet mendacium dice- 're, dicatur. nam idem optamus, quique 'mendacium dicimus, quique veritatem: 'quippe quum illi mentiantur tunc, quum 'persuadendo sunt quippiam lucri factu- 'ri: et illi verum dicant, ut verum dicen-

τὸς, εἰ μὴ ἰδὼν, ἀλλ' ἀκούσας, ἂς τέῳ τρόπῳ περήσομεν;' ἀμείβεται Δαρεῖος τοῖσδε· 'Οτάνη, ἦ πολλά ἐστι τὰ λόγῳ μὲν οὐκ οἷά τε δηλῶσαι, ἔργῳ δέ· ἄλλα δ' ἐστὶ τὰ λόγῳ μὲν οἷά τε, ἔργον δὲ οὐδὲν ἀπ' αὐτῶν λαμπρὸν γίνεται. ὑμεῖς δὲ ἴστε φυλακὰς τὰς κατεστεώσας, ἐούσας οὐδὲν χαλεπὰς παρελθεῖν. τοῦτο μὲν γὰρ, ἡμέων ἐόντων τοίων, οὐδεὶς ὅστις οὐ παρήσει· τὰ μέν κου καταιδεόμενος ἡμέας, τὰ δέ κου καὶ δειμαίνων. τοῦτο δὲ, ἔχω αὐτὸς σκῆψιν εὐπρεπεστάτην, τῇ πάριμεν· φὰς ἄρτι τε ἥκειν ἐκ Περσέων, καὶ βούλεσθαί τι ἔπος παρὰ τοῦ πατρὸς σημῆναι τῷ βασιλέϊ. ἔνθα γάρ τι δεῖ ψεῦδος λέγεσθαι, λεγέσθω. τοῦ γὰρ αὐτοῦ γλιχόμεθα οἵ τε ψευδόμενοι καὶ οἱ τῇ ἀληθηΐῃ διαχρεώμενοι. οἱ μέν γε ψεύδονται τότε, ἐπεάν τι μέλλωσι ψεύδεσι [a] πείσαντες, κερδήσεσθαι· οἱ δ' ἀληθίζονται τι, ἵνα τῇ ἀληθηΐῃ ἐπι-

[a] μέλλωσι τοῖσι ψεύδεσι.

σπάσωνται κέρδος, καί τι μᾶλλον [b] σφίσι ἐπιτράπηται. οὕτω ὦν ταῦτα ἀσκέοντες, τώυτοῦ [c] περιεχόμεθα. εἰ δὲ μηδὲν κερδήσεσθαι μέλλοιεν, ὁμοίως ἂν ὅ, τε ἀληθιζόμενος, ψευδὴς εἴη, καὶ ὁ ψευδόμενος, ἀληθής. ὃς ἂν μέν νυν τῶν πυλουρῶν ἑκὼν παρείῃ, αὐτῷ οἱ ἄμεινον ἐς χρόνον ἔσται· ὃς δ' ἂν ἀντιβαίνειν πειρᾶται, δεικνύσθω ἐνθαῦτα ἐὼν πολέμιος, καὶ ἔπειτα ὠσάμενοι ἔσω, ἔργου ἐχώμεθα.’

ογ'. Λέγει Γωβρύης μετὰ ταῦτα, ‘Ἄνδρες φίλοι, ἡμῖν κότε κάλλιον παρέξει [d] ἀνασώσασθαι τὴν ἀρχήν, ἤ, εἴ γε μὴ οἷοί τε ἐσόμεθα αὐτὴν ἀναλαβεῖν, ἀποθανεῖν. ὅτε γὰρ ἀρχόμεθα μέν, ἐόντες Πέρσαι, ὑπὸ Μήδου ἀνδρὸς μάγου, καὶ τούτου ὦτα οὐκ ἔχοντος, ὅσοι τε ὑμέων Καμβύσῃ νοσέοντι παρεγένοντο, πάντως κου μέμνησθε τὰ ἐπέσκηψε Πέρσῃσι τελευτῶν τὸν βίον, μὴ πειρεωμένοισι ἀνακτᾶ-

b καί τις μᾶλλον. c τ' ὠὐτῷ. d παρέξειν.

'do aliquod lucrum attrahant: et magis 'aliquid illis committatur. Sic igitur i-'sta factitantes, idem tamen obtinemus. 'quod si nihil lucri facturi sunt, perae-'que et verax foret mendax, et mendax 'verax. Quod autem ad janitores attinet, 'siquis eorum volens praetermittat, me-'lius ei sequenti tempore erit: siquis re-'sistere conabitur, ibi tunc pro hoste ha-'beatur: et deinde intro irrumpentes, 'rem transigamus.'

73. Post haec Gobryas, 'Viri amici, 'inquit, nobis pulchrius erit recuperare 'imperium, aut, si recuperare non pote-'rimus, mortem oppetere, quum, qui su-'mus Persae, ab viro Medo regamur, eo-'que aures non habente; et quicunque 'vestrûm Cambysi aegrotanti adfuerunt, 'memoria teneatis omnes, quae ille dum 'vita excederet, Persis imprecatus est, im-'perium recuperare non tentantibus;

'quae nos tunc non admittebamus, ſed 'per calumniam dici a Cambyſe exiſti- 'mabamus. Nunc igitur calculum pono 'in Darii ſententiam, neque ex hoc coe- 'tu diſſolvi aliorſum euntes, quam recta 'adverſus magum.' Haec dicta a Gobrya omnes comprobarunt.

74. Interea vero dum ab iſtis conſultatur, forte hoc contigit, ut magi inito inter ſe conſilio ſtatuerent conciliandum ſibi amicum Prexaſpem, quod indigna paſſus a Cambyſe eſſet, occiſo ejus filio ictu ſagittae, et ſolus mortem Smerdis Cyro geniti noſſet, quem ipſe ſuapte manu interemiſſet: quod praeterea apud Perſas in maxima erat exiſtimatione. His de cauſſis accitum hominem, ſibi amicum comparabant; accipientes fidem, ac jurejurando, certe fallaciam quae ab ipſis in Perſas facta eſſet apud ſe habiturum, neque cuiquam mortalium patefacturum,

‘ σθαι τὴν ἀρχήν. τὰ τότε οὐκ ἐνεδεκόμε-
‘ θα, ἀλλ’ ἐπὶ διαβολῇ ἐδοκέομεν εἰπεῖν
‘ Καμβύσεα. νῦν ὦν τίθεμαι ψῆφον πεί-
‘ θεσθαι Δαρείῳ, καὶ μὴ διαλύεσθαι ἐκ τοῦ
‘ συλλόγου τοῦδε ἄλλοθι ἰόντας ἢ ἐπὶ τὸν
‘ μάγον ἰθέως.’ ταῦτα εἶπε Γωβρύης. καὶ πάντες ταύτῃ αἴνεον.

οδ΄. Ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἐβουλεύοντο, ἐγίνετο κατὰ συντυχίην τάδε· τοῖσι μάγοισι ἔδοξε βουλευομένοισι Πρηξάσπεα φίλον προσθέσθαι, ὅτι τε ἐπεπόνθεε πρὸς Καμβύσεω ἀνάρσια, ὅς οἱ τὸν παῖδα τοξεύσας ἀπολωλέκεε· καὶ διότι μοῦνος ἠπίστατο τὸν Σμέρδιος τοῦ Κύρου θάνατον, αὐτοχειρίῃ μιν ἀπολέσας· πρὸς δ’ ἔτι, ἐόντα ἐν αἴνῃ μεγίστῃ τὸν Πρηξάσπεα ἐν Πέρσῃσι. τούτων δή μιν εἵνεκε καλέσαντες, φίλον προσεκτέωντο, πίστις τε [a] λαβόντες, καὶ ὁρκίοισι, ἦ μὴν ἕξειν παρ’ ἑωϋτῷ, μηδ’ ἐξοίσειν μηδενὶ [b] ἀνθρώπων τὴν ἀπὸ σφέων ἀπάτην ἐς Πέρσας γεγονυῖαν· ὑπισχνεύμε-

[a] πίστει. [b] ἐξοίσειν παρὰ μηδενί.

νοι τὰ πάντα οἱ μυρία δώσειν. ὑποσχομένου δὲ τοῦ Πρηξάσπεω ποιήσειν ταῦτα, ὡς ἀνέπεισάν μιν οἱ μάγοι, δεύτερα προσέφερον, αὐτοὶ μὲν φάμενοι Πέρσας πάντας συγκαλέειν ὑπὸ τὸ βασιλήϊον τεῖχος, κεῖνον δ' ἐκέλευον ἀναβάντα ἐπὶ πύργον ἀγορεῦσαι, ὡς ὑπὸ τοῦ Κύρου Σμέρδιος ἄρχονται, καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἄλλου. ταῦτα δὲ οὕτω ἐνετέλλοντο, ὡς πιστοτάτου δῆθεν ἐόντος αὐτοῦ ἐν Πέρσῃσι, καὶ πολλάκις ἀποδεξαμένου γνώμην ὡς περιείη ὁ Κύρου Σμέρδις, καὶ ἐξαρνησαμένου τὸν φόνον αὐτοῦ.

οέ. Φαμένου δὲ καὶ ταῦτα ἑτοίμου εἶναι ποιέειν τοῦ Πρηξάσπεω, συγκαλέσαντες Πέρσας [c] οἱ μάγοι, ἀνεβίβασαν αὐτὸν ἐπὶ πύργον [d], καὶ ἀγορεύειν ἐκέλευον· ὁ δὲ, τῶν μέν τι ἐκεῖνοι προσεδέοντο αὐτοῦ, τούτων μὲν ἑκὼν ἐπελήθετο. ἀρξάμενος δὲ ἀπ' Ἀχαιμένεος, ἐγενεηλόγησε τὴν πατριὴν τοῦ Κύρου. μετὰ δὲ, ὡς ἐς τοῦτο κατέβη, τελευτῶν ἔλεγε ὅσα ἀγαθὰ Κῦρος Πέρσας πε-

[c] συγκαλέσαντες τοὺς Πέρσας. [d] ἐπὶ τὸν πύργον.

pollicitantes omnia innumera ſe ei daturos. Recipiente Prexaſpe facturum ſe quae magi ſuaſerant, iterum illi dicere, in animo ſe habere omnes Perſas ſub caſtellum regium convocare: ideoque jubere hunc conſcenſa turri praedicare, a Smerdie Cyri Perſis imperari, et ab alio nemine. Haec illi ſic praecipiebant, veluti homini ſummae apud Perſas autoritatis, et qui ſaepenumero aſſeveraſſet ſupereſſe Smerdin Cyri, ac caedem a ſe factam pernegaſſet.

75. Haec quoque Prexaſpe ſe paratum exequi dicente, magi convocatis Perſis, hominem in turrim perductum jubent habere orationem. Prexaſpes, ea quae ab iſtis oratus fuerat ſponte obliviſcitur: exorſuſque ab Achaemene, ſeriem familiae Cyri recenſet: et ubi devenit ad hoc, tandem commemoravit Cyri in

Perſas beneficia. His expoſitis, prompſit veritatem, cauſſatus ideo ſe antehac occultaſſe, quod ſibi tutum non fuiſſet proferre rem geſtam, ſed in praeſens ab neceſſitate deprehenſum proferre: dixitque ſe a Cambyſe adactum Smerdin Cyri quidem occidiſſe, et magos eſſe qui regnent. Multis quoque verbis Perſas quum devoviſſet niſi rurſus imperium recuperarent, ac magos ulciſcerentur, ſeſe in caput a turri praecipitem didit. Hunc in modum Prexaſpes, vir per omne tempus vitae ſpectatus, occubuit.

76. At ſeptem Perſae, ubi conſtituerunt aggredi protinus magos, neque rem differre, deos comprecatum ierunt, omnino ignari eorum quae circa Prexaſpem acta eſſent: ſed haec inter eundum in medio itineris audierunt: eoque a via ſece-

ποιήκοι· διεξελθὼν δὲ ταῦτα, ἐξέφαινε τὴν ἀληθηΐην, φάμενος πρότερον μὲν κρύπτειν· οὐ γάρ οἱ εἶναι ἀσφαλὲς λέγειν τὰ γενόμενα· ἐν δὲ τῷ παρεόντι ἀναγκαίην μιν καταλαμβάνειν φαίνειν. καὶ δὴ ἔλεγε, τὸν μὲν Κύρου Σμέρδιν ὡς αὐτὸς ὑπὸ Καμβύσεω ἀναγκαζόμενος ἀποκτείνειε, τοὺς μάγους δὲ βασιλεύειν. Πέρσῃσι δὲ πολλὰ ἐπαρησάμενος, εἰ μὴ ἀνακτησαίατο ὀπίσω τὴν ἀρχὴν, καὶ τοὺς μάγους τισαίατο, ἀπῆκε ἑωϋτὸν ἐπὶ κεφαλὴν φέρεσθαι ἀπὸ τοῦ πύργου κάτω. Πρηξάσπης μέν νυν ἐὼν τὸν πάντα χρόνον ἀνὴρ δόκιμος, οὕτω ἐτελεύτησε.

οϛ΄. Οἱ δὲ δὴ ἑπτὰ τῶν Περσέων, ὡς ἐβουλεύσαντο αὐτίκα ἐπιχειρέειν τοῖσι μάγοισι, καὶ μὴ ὑπερβάλλεσθαι, ἤεσαν εὐξάμενοι τοῖσι θεοῖσι, τῶν περὶ Πρηξάσπεα πρηχθέντων εἰδότες οὐδέν. ἔν τε δὴ τῇ ὁδῷ μέσῃ στίχοντες [e] ἐγίνοντο, καὶ τὰ περὶ Πρηξάσπεα γεγονότα ἐπυνθάνοντο. ἐνθαῦτα ἐκ-

[e] στάχοντες.

ςάντες τῆς ὁδοῦ, ἐδίδοσαν αὐτοῖσι σφίσι λόγους· οἱ μὲν ἀμφὶ τὸν Οτάνην, πάγχυ κελεύοντες ὑπερβαλέεσθαι [f], μηδὲ οἰδεόντων τῶν πρηγμάτων, ἐπιτίθεσθαι· οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Δαρεῖον, αὐτίκα τε ἰέναι, καὶ τὰ δεδογμένα ποιέειν, μηδ' ὑπερβάλλεσθαι. ὠθιζομένων δ' αὐτῶν, ἐφάνη ἰρήκων ἑπτὰ ζεύγεα, δύο αἰγυπιῶν ζεύγεα διώκοντά τε καὶ τίλλοντα καὶ ἀμύσσοντα. ἰδόντες δὲ ταῦτα οἱ ἑπτὰ, τήν τε Δαρείου πάντες αἴνεον γνώμην, καὶ ἔπειτα ἤεσαν ἐπὶ τὰ βασιλήϊα τεθαῤῥηκότες τοῖσι ὄρνισι.

οζ΄. Επιςᾶσι δὲ ἐπὶ τὰς πύλας ἐγίνετο οἷόν τι Δαρείῳ ἡ γνώμη ἔφερε. καταιδεόμενοι γὰρ οἱ φύλακοι ἄνδρας τοὺς Περσέων πρώτους, καὶ οὐδὲν τοιοῦτον ὑποπτεύοντες ἐξ αὐτῶν ἔσεσθαι, παρίεσαν, θείῃ πομπῇ χρεωμένους. οὐδ' ἐπηρώτα οὐδείς. ἐπεί τε δὲ καὶ παρῆλθον ἐς τὴν αὐλὴν, ἐνέκυρσαν τοῖσι τὰς ἀγγελίας ἐσφέρουσι εὐνούχοισι οἵ σφεας ἱςόρεον ὅ,τι θέλοντες ἥκοιεν.

f ὑπερβαλέσθαι.

dentes inter ſe colloquuti ſunt. Et Otanes quidem cenſuit propoſitum prorſus differri, neque tumeſcentibus rebus inſidiari: Darius vero confeſtim ire, et quod decretum eſſet peragere, neque ceſſare. Eis concertantibus apparuerunt ſeptem accipitrum paria, inſectantium duo paria vulturum, eoſque vellicantium atque infeſtantium. Quod intuentes illi ſeptem, ſententiam Darii omnes comprobarunt; et mox freti avibus ad regiam cum fiducia perrexerunt.

77. Ubi ad portas adfuerunt, prout Darius ſenſerat, ita evenit. nam cuſtodes reveriti Perſarum primarios, nec aliquid hujuſmodi ſuſpicantes ex his fore, admiſerunt miſſione divina inſtinctos; neque vel interrogavit quiſquam. Ubi in aulam introgreſſi ſunt, offendunt eunuchos qui erant a nunciis; et hos qua gratia venirent interrogaverunt; ſimulque inter

percontandum janitoribus minitabantur, quod istos ingredi permisissent: atque ulterius pergere volentes eosdem prohibebant. Isti se mutuo cohortati, eductis gladiis, eos a quibus arcebantur, ibidem simul trucidant; iidemque cursu in conclave contendunt.

ρζ΄. Πρὸς δ' αὖ μεσαμβρίης ἐσχάτη Αραβίη τῶν οἰκεομένων χωρίων ἐστί. ἐν δὲ ταύτῃ λιβανωτός τε ἐστὶ μούνη [h] χωρέων πασέων φυόμενος, καὶ σμύρνη, καὶ κασίη, καὶ κιννάμωμον, καὶ λήδανον. ταῦτα πάντα [i] πλὴν τῆς σμύρνης, εὐπετέως κτέωνται οἱ Αράβιοι. τὸν μέν γε λιβανωτὸν συλλέγουσι, τὴν στύρακα θυμιῶντες, τὴν ἐς Ἕλληνας Φοίνικες ἐξάγουσι· ταύτην θυμιῶντες λαμβάνουσι. τὰ γὰρ δένδρεα ταῦτα τὰ λιβανωτοφόρα, ὄφιες ὑπόπτεροι, μικροὶ τὰ μεγάθεα, ποικίλοι τὰ εἴδεα, φυλάσσουσι, πλήθεϊ πολλοὶ περὶ δένδρον ἕκαστον· οὗτοι οἵπερ ἐπ' Αἴγυπτον ἐπιστρατεύονται.

ρη΄. Οὐδενὶ δὲ ἄλλῳ ἀπελαύνονται ἀπὸ τῶν δενδρέων, ἢ τῆς στύρακος τῷ καπνῷ.

[g] ἀρετῇ τῇ ἀπό. [h] ἐστὶ καὶ μούνη. [i] ταῦτα γὰρ πάντα.

devecti, partim ut indicavi ſurrepti. praeterea agreſtes arbores illic pro fructu lanam ferentes, ovillae tum pulchritudine tum bonitate praecellentem: et ab his arboribus veſte Indi utuntur.

107. Porro ad meridiem ultima e regionibus quae habitantur, Arabia eſt: in qua ſola omnium terrarum naſcuntur thus, myrrha, caſia, cinnamomum, et ledanum. cuncta haec facilia Arabibus ad nanciſcendum, praeter myrrham. Thus quidem Arabes ſtyrace ſuffientes colligunt, ea quam Phoenices ad Graecos exportant. hanc ſuffientes thus capiunt. Etenim thuriferas illas arbores ſervant colubri ſubalati, exiguo corpore, diſcolori ſpecie, permagno numero circa ſingulas arbores; iidem videlicet qui adverſus Aegyptum facto exercitu tendunt.

108. Nec ullo alio ab arboribus quam ſtyracis fumo ſubmoventur, univerſam ter-

ram oppleturi, ut Arabes ajunt, nisi (ut iidem narrabant) simile quiddam istis contingeret ei quod novimus contingere viperis, idque (ut credere debemus) solerti divinitatis prudentia. nam quae et timido animo sunt et esculenta, ea omnia fetuosa fecit, ne assiduo esu deperirent: contra, quae saeva et maligna sunt, parum fetuosa. Unde fit ut lepus, quem venatur omnis fera, ales, homo, tam ferax sit: solaque ex omnibus bestiis, quum gravida est, denuo se impleri patiatur, et alium fetum in utero gestet pilis vestitum, alium nudum, alium tantum quod formatum: alium concipiat. Et lepus quidem talis est. At leaena validissimum ferocissimumque animal, semel in vita unum parit. nam una cum fetu uteros emittit. Cujus rei caussa est haec, quod scymnus leoninus, ubi moveri in utero incipit, quum habeat ungues

λέγουσι δὲ καὶ τόδε Ἀράβιοι, ὡς πᾶσα ἂν γῆ ἐπίμπλατο [a] τῶν ὀφίων τούτων, εἰ μὴ γίνεσθαι κατ᾽ αὐτοὺς οἷόν τι κατὰ ἐχίδνας ἠπιστάμην γίνεσθαι. καί κως τοῦ θείου ἡ προνοίη, ὥσπερ καὶ οἰκός [b] ἐστι, ἐοῦσα σοφή. ὅσα μὲν γὰρ ψυχήν τε [c] δειλὰ καὶ ἐδώδιμα, ταῦτα μὲν πάντα πολύγονα πεποίηκεν, ἵνα μὴ ἐπιλίπηται [d] κατεσθιόμενα· ὅσα δὲ σχέτλια καὶ ἀνιηρὰ, ὀλιγόγονα. τοῦτο μὲν, ὅτι ὁ λαγωὸς ὑπὸ παντὸς θηρεύεται θηρίου, καὶ ὄρνιθος, καὶ ἀνθρώπου· οὕτω δή τι τὸ πολύγονόν ἐστι· ἐπικυΐσκεται μοῦνον πάντων τῶν θηρίων· καὶ τὸ μὲν δασὺ τῶν τέκνων ἐν τῇ γαστρὶ, τὸ δὲ, ψιλόν· τὸ δὲ, ἄρτι ἐν τῇσι μήτρῃσι πλάσσεται. τὸ δὲ, ἀναιρέεται· τοῦτο μὲν δὴ τοιοῦτό ἐστι. ἡ δὲ δὴ λέαινα, ἐὸν ἰσχυρότατον, καὶ θρασύτατον, ἅπαξ ἐν τῷ βίῳ τίκτει ἕν. τίκτουσα γὰρ, συνεκβάλλει τῷ τέκνῳ τὰς μήτρας· τὸ δὲ αἴτιον τούτου τόδε ἐστί· ἐπεὰν ὁ σκύμνος ἐν τῇ μήτρῃ ἐὼν ἄρχηται διακι-

[a] ἐπιμπλέετο. [b] εἰκός. [c] ὅσα μὲν ψυχήν τε. [d] ἐπιλείπηται.

νεόμενος, ὁ δὲ, ἔχων ὄνυχας θηρίων πολλὸν πάντων ὀξυτάτους, ἀμύσσει τὰς μήτρας· αὐξανόμενός τε δὴ πολλῷ μᾶλλον ἐπικνέεται καταγράφων. τέλος τε δὴ ὁ τόκος ἐστὶ, καὶ τὸ παράπαν λείπεται αὐτέων ὑγιὲς οὐδὲ ἕν.

ρθʹ. Ὡς δὲ καὶ αἱ ἔχιδναί τε καὶ οἱ ἐν Ἀραβίοισι ὑπόπτεροι ὄφιες, εἰ ἐγίνοντο ὡς ἡ φύσις αὐτοῖσι ὑπάρχει, οὐκ ἂν ἦν βιώσιμα ἀνθρώποισι· νῦν δ᾽ ἐπεὰν θορνύωνται κατὰ ζεύγεα, καὶ ἐν αὐτῇ ᾖ ὁ ἔρσην τῇ ἐκποιήσει, ἀπιεμένου αὐτοῦ τὴν γονὴν, ἡ θήλεα ἅπτεται τῆς δειρῆς, καὶ ἐμφῦσα, οὐκ ἀνίει πρὶν διαφάγῃ [c]. ὁ μὲν δὴ ἔρσην ἀποθνήσκει τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ. ἡ δὲ θήλεα τίσιν τοιήνδε ἀποτίνει τῷ ἔρσενι· τῷ γονεῖ τιμωρέοντα ἔτι ἐν τῇ γαστρὶ ἐόντα τὰ τέκνα, διεσθίει τὴν μήτραν. διαφαγόντα δὲ τὴν νηδὺν αὐτῆς, οὕτω τὴν ἔκδυσιν ποιέεται. οἱ δὲ ἄλλοι ὄφιες, ἐόντες ἀνθρώπων οὐ δηλήμονες, τίκτουσί τε ὠὰ, καὶ ἐκλέπουσι πολλόν τι χρῆμα τῶν ὀφίων. αἱ μὲν

[c] πρὶν ἂν διαφάγῃ.

longe acutiſſimos ex omnibus feris, uteros lacerat, augeſcenſque multo magis ungues imprimendo exulcerat: ita ut ad poſtremum, quum partus inſtat, nihil eorum relinquatur incolume.

109. Sic quoque ſi viperae et alati Arabiae ſerpentes gignerentur ut ipſis natura fert, non eſſet hominibus vivendi facultas: nunc autem, quum libidine agitantur, et per paria coëunt, femina collum maris in emittenda genitura comprehendit, et innexa non prius dimittit quam devoraverit. et mas quidem hoc modo perit. Femina vero talem luit maſculo poenam: quod fetus dum adhuc intra ventrem ſunt, patrem ulciſcentes uterum ambedunt: ejuſque alva ambeſa, ita partum faciunt. Ceteri ſerpentes qui non ſunt hominibus pernicioſi, ova pariunt et magnam rem fetuum excludunt.

Porro viperae per universum orbem terrarum existunt: alati vero densi nusquam alibi nisi in Arabia; ideo videntur frequentes esse.

110. Thus vero illud hunc in modum Arabes comparant. Casiam autem sic: Postquam et totum corpus, et faciem praeter solos oculos obligaverunt coriis aliisque pellibus, ad casiam pergunt. Ea nascitur in palude non alta, circa quam et in qua degunt ferae alatae, vespertilionibus simillimae, stridore diro. et viribus praevalentibus: quas ab oculis arcentes Arabes, sic casiam metunt.

111. Cinnamomum etiam quam superiora mirabilius colligunt. nam aut ubi nascatur aut quae terra nutriat illud, nequeunt dicere: nisi quod probabili ratione utentes quidam narrent id gigni in iis

νων ἔχιδναι κατὰ πᾶσαν τὴν γῆν εἰσί· οἱ δὲ ὑπόπτεροι ἐόντες, ἀθρόοι εἰσὶ ἐν τῇ Αραβίῃ, καὶ οὐδαμῇ ἄλλῃ· κατὰ τοῦτο δοκέουσι πολλοὶ εἶναι.

ρί. Τὸν μὲν δὴ λιβανωτὸν τοῦτον οὕτω κτῶνται Αράβιοι. τὴν δὲ κασίην, ὧδε· ἐπεὰν καταδήσωνται βύρσῃσι καὶ δέρμασι ἄλλοισι πᾶν τὸ σῶμα καὶ τὸ πρόσωπον, πλὴν αὐτῶν τῶν ὀφθαλμῶν, ἔρχονται ἐπὶ τὴν κασίην· ἡ δὲ ἐν λίμνῃ φύεται οὐ βαθέῃ. περὶ δὲ αὐτὴν καὶ ἐν αὐτῇ αὐλίζεταί κου θηρία πτερωτὰ, τῇσι νυκτερίσι προσείκελα μάλιστα· καὶ τέτρυγε δεινὸν, καὶ ἐς ἀλκὴν ἄλκιμα. τὰ δὴ ἀπαμυνομένους ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν, οὕτω δρέπειν τὴν κασσίην.

ρια΄. Τὸ δὲ δὴ κιννάμωμον ἔτι τούτων θωϋμαστότερον συλλέγουσι. ὅκου μὲν γὰρ γίνεται, καὶ ἥτις μιν γῆ ἡ τρέφουσά ἐστι, οὐκ ἔχουσι εἰπεῖν, πλὴν ὅτι λόγῳ εἰκότι χρεώμενοι, ἐν τοῖσι δὲ χωρίοισι φασί τινες αὐ-

τὸ φύεσθαι, ἐν τοῖσι ὁ Διόνυσος ἐτράφη. ὄρνιθας δὲ λέγουσι μεγάλας φορέειν ταῦτα τὰ κάρφεα, τὰ ἡμεῖς ἀπὸ Φοινίκων μαθόντες κιννάμωμον καλέομεν. φορέειν δὲ τὰς ὄρνιθας ἐς νεοσσιὰς προσπεπλασμένας ἐκ πηλοῦ πρὸς ἀποκρήμνοισι οὔρεσι, ἔνθα πρόσβασιν ἀνθρώπῳ οὐδεμίην εἶναι. πρὸς ὧν δὴ ταῦτα τοὺς Ἀραβίους σοφίζεσθαι τάδε· βοῶν τε καὶ ὄνων τῶν ἀπογινομένων καὶ τῶν ἄλλων ὑποζυγίων τὰ μέλεα διαταμόντας ὡς μέγιστα, κομίζειν ἐς ταῦτα τὰ χωρία· καί σφεα θέντας ἀγχοῦ τῶν νεοσσιέων, ἀπαλλάσσεσθαι ἑκὰς αὐτέων· τὰς δὲ ὄρνιθας καταπετομένας, αὐτῶν τὰ μέλεα τῶν ὑποζυγίων ἀναφορέειν ἐπὶ τὰς νεοσσιάς· τὰς δὲ, οὐ δυναμένας ἴσχειν, καταῤῥήγνυσθαι ἐπὶ γῆν [b]. τοὺς δὲ, ἐπιόντας, συλλέγειν οὕτω τὸ κιννάμωμον [c]· συλλεγόμενον δὲ ἐκ τούτων ἀπικνέεσθαι ἐς τὰς ἄλλας χώρας.

ριβ΄. Τὸ δὲ δὴ λήδανον, τὸ Ἀράβιοι

[a] πεπλασμένας πηλῷ. [b] ἐπὶ τὴν γῆν. [c] οὕτω μὲν τὸ κιννάμωμον.

regionibus ubi Bacchus educatus eſt: et ipſas feſtucas, quas nos ab Phoenicibus edocti vocamus cinnamomum, afferri a grandibus quibuſdam alitibus ad nidos e luto conſtructos in praeruptis montium et homini inacceſſis. Ad iſta igitur Arabes haec excogitaverunt: boum aſinorumque defunctorum et aliorum jumentorun membra conciſa quammaxima in ea loca portant: et ubi juxta nidos poſuere, procul inde abſcedunt. Ad haec fruſta delapſae volucres, ad nidos carnem jumentorum apportant: cui ſuſtinendae impares nidi, dirupti ad terram labuntur: tunc Arabes accedentes ita colligere cinnamomum; quod hac ratione collectum illinc in alias regiones dimittitur.

112. At ledanum (quod Arabes la-

danum vocant) etiam cinnamomo mirabilius comparatur: quippe quod in graveolentiſſimo loco naſcens, tamen fragrantiſſime olet. Nam in barbis caprarum hircorum invenitur innatum, veluti mucor ligni, cum ad conficienda multiplicia unguenta utile, tum praecipue ad ſuffitionem qua Arabes utuntur.

113. Hactenus de thymiamatis dictum ſit. Redolet Arabica regio mirifice jucundo quodam odore. Suntque in ea ovium duo genera admiratione digna, quae nuſquam alibi ſunt. Quorum unum caudas habet longas, trium cubitorum, non breviores: quas ſiquis eas trahere permittat, ulcera habeant certe, dum ad terram atteruntur: nunc vero unuſquiſque paſtorum hactenus eſt doctus arte fabrili, ut ploſtella faciant, quae ſingula ſingularum ovium caudis ſubligent, ſuperque ploſtella caudas ipſas alligent.

καλέουσι λάδανον, ἐκ τούτου θωϋμασιώτερον γίνεται. ἐν γὰρ δυσοδμοτάτῳ γινόμενον, εὐωδέστατόν ἐστι. τῶν γὰρ αἰγῶν τῶν τράγων ἐν τοῖσι πώγωσι εὑρίσκεται ἐγγινόμενον, οἷον γλοιὸς ἀπὸ τῆς ὕλης· χρήσιμον δ᾽ ἐς πολλὰ τῶν μύρων ἐστί· θυμιῶσί τε μάλιστα τοῦτο Ἀράβιοι.

ριγ΄. Τοσαῦτα μὲν θυμιαμάτων[d] πέρι εἰρήσθω. ἀπόζει δὲ τῆς χώρης τῆς Ἀραβίης θεσπέσιον ὡς ἡδύ. δύο δὲ γένεα οἴων σφι ἐστὶ θωΰματος ἄξια, τὰ οὐδαμόθι ἑτέρωθί ἐστι. τὸ μὲν αὐτῶν ἕτερον ἔχει τὰς οὐρὰς μακρὰς, τριπήχεας[e], οὐκ ἐλάσσονας· τὰς εἴ τις ἐπήει σφι ἀπέλκειν, ἕλκεα ἂν ἔχοιεν, ἀνατριβομένων πρὸς τῇ γῇ τῶν οὐρέων. νῦν δ᾽ ἅπας τις τῶν ποιμένων ἐπίσταται ξυλουργέειν ἐς τοσοῦτο· ἁμαξίδας γὰρ ποιεῦντες, ὑποδέουσι αὐτὰς τῇσι οὐρῇσι, ἑνὸς ἑκάστου κτήνεος τὴν οὐρὴν ἐπὶ ἁμαξίδα ἑκάστην καταδέοντες. τὸ δὲ ἕτερον γένος τῶν

d In MS. est θωμάτων, sed in margine θυωμάτων. e τρι-πήχεων.

οἴων τὰς οὐρὰς πλατέας φορέουσι, καὶ ἐπὶ πῆχυν πλάτος.

ριδʹ. Ἀποκλιναμένης δὲ μεσαμβρίης, παρήκει πρὸς δύνοντα ἥλιον ἡ Αἰθιοπίη χώρη, ἐσχάτη τῶν οἰκεομένων. αὕτη δὲ χρυσόν τε φέρει πολλὸν, ϗ ἐλέφαντας ἀμφιλαφέας, ϗ δένδρεα πάντα ἄγρια, ϗ ἔβενον, ϗ ἄνδρας μεγίστους ϗ καλλίστους ϗ μακροβιωτάτους.

ριεʹ. Αὗται μέν νυν ἔν τε τῇ Ἀσίῃ ἐσχατιαί εἰσι[f] ϗ ἐν τῇ Λιβύῃ. περὶ δὲ τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ τῶν πρὸς ἑσπέρην ἐσχατιέων ἔχω μὲν οὐκ ἀτρεκέως λέγειν. οὔτε γὰρ ἔγωγε ἐνδέκομαι Ἠριδανὸν καλέεσθαι πρὸς βαρβάρων ποταμὸν, ἐκδιδόντα ἐς θάλασσαν τὴν πρὸς βορέην ἄνεμον, ἀπό τευ τὸ ἤλεκτρον φοιτᾷν λόγος ἐστὶ, οὔτε νήσους οἶδα κασσιτερίδας ἐούσας, ἐκ τῶν ὁ κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ. τοῦτο μὲν γὰρ, ὁ Ἠριδανὸς αὐτὸ κατηγορέει τὸ οὔνομα, ὡς ἔστι Ἑλληνικὸν, ϗ οὔτε[g] βαρβαρικόν· ὑπὸ

[f] In MS. est ἔσχαται εἰσι. [g] ὅτι.

Alterum genus ovium ad cubitalem latitudinem caudas gerit.

114. Huic, qua parte meridies ad ſolem occidentem vergit, contermina eſt Aethiopia, terrarum habitatarum ultima. Haec et auri multum fert, et vaſtos elephantes, prominentibus utrinque dentibus: et cum agreſtes omnes arbores, tum vero ebenum, necnon viros maximos pulcherrimoſque et aevi longiſſimi.

115. Atque haec quidem extrema ſunt Aſiae Africaeque. De extremitatibus autem Europae ad veſperam quod pro comperto referam non habeo. neque enim aſſentior fluvium quendam Eridanum a barbaris vocitari, qui exit in mare ad ſeptentrionem ſpectans, unde electrum venire narratur. Ne Caſſiteridas quidem novi inſulas, unde ad nos venit caſſiteros, *ſtannum*. nam vel ipſum coarguit nomen Eridanus, quod Graecum eſt, et non bar-

barum, ab aliquo poëta fictum. Sed etſi hoc ſtudioſe quaeſivi, a nemine qui ipſe viderit accipere poſſum, quomodo ſe habeat mare ad illam Europae partem. Ab extrema itaque ad nos venit ſtannum electrumque.

116. Ceterum ad ſeptentrionem Europae quamplurimam auri vim eſſe conſtat: ſed quomodo fiat, ne hoc quidem pro comperto dicere queo. Dicuntur tamen id ſuper gryphas auferre Arimaſpi, viri unoculi. quod nec ipſum crediderim, ut viri naſcantur unoculi, ceteram naturam habentes aliis hominibus parem. Porro extremitates terrarum videntur circumcludere aliam regionem intuſque cohibere ea quae nobis pulcherrima eſſe putantur et habere rariſſima iſtae.

117. Eſt in Aſia planities undique cincta monte quinque in locis interciſo, quae aliquando fuit Choraſmiorum, in montibus viventium Choraſmiorum ipſo-

ποιητοῦ δέ τινος ποιηθέν. οὔτε δὲ οὐδενὸς αὐτόπτεω γενομένου οὐ δύναμαι ἀκοῦσαι τοῦτο μελετῶν, ὅκως θάλασσά ἐστι τὰ ἐπέκεινα Εὐρώπης. ἐξ ἐσχάτης δ᾽ ὧν ὁ κασσίτερος ἡμῖν φοιτᾷ, καὶ τὸ ἤλεκτρον.

ριϛ΄. Πρὸς δὲ ἄρκτου τῆς Εὐρώπης πολλῷ πλεῖστος [a] χρυσὸς φαίνεται ἐών· ὅκως μὲν γινόμενος, οὐκ ἔχω οὐδὲ τοῦτο ἀτρεκέως εἶπαι· λέγεται δὲ ὑπὲρ τῶν γρυπῶν ἁρπάζειν Ἀριμασποὺς, ἄνδρας μουνοφθάλμους· πείθομαι δὲ οὐδὲ τοῦτο, ὅκως μουνόφθαλμοι ἄνδρες φύονται, φύσιν ἔχοντες τὴν ἄλλην ὁμοίην τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι. αἱ δὲ ὧν ἐσχατιαὶ οἴκασι περικληΐουσαι τὴν ἄλλην χώρην, καὶ ἐντὸς ἀπέργουσαι τὰ κάλλιστα δοκέοντα ἡμῖν εἶναι, καὶ σπανιώτατα ἔχειν αὗται.

ριζ΄. Ἔστι δὲ πεδίον ἐν τῇ Ἀσίῃ περικεκλεισμένον οὔρεϊ πάντοθεν· διασφάγες δὲ τοῦ οὔρεός εἰσι πέντε. τοῦτο τὸ πεδίον ἦν μέν κοτε Χορασμίων, ἐν οὔρεσι ἐόν-

[a] πολλῷ τοι πλεῖστος.

των [b] Χορασμίων τε αὐτῶν ϗ Ὑρκανίων, ϗ Πάρθων, ϗ Σαραγγέων, ϗ Θωμαναίων [d]· ἐπεί τε δὲ Πέρσαι ἔχουσι τὸ κράτος, ἐστὶ τοῦ βασιλέος· ἐκ δὴ ὦν τοῦ περικληίοντος οὔρεος τούτου ῥέει ποταμὸς μέγας, οὔνομα δέ οἱ ἐστὶ Ακης. οὗτος πρότερον μὲν ἄρδεσκε διαλελαμμένος πανταχοῦ τῶν εἰρημένων τούτων τὰς χώρας, διὰ διασφάγος ἀγόμενος ἑκάστης ἑκάστοισι· ἐπεί τε δὲ ὑπὸ τῷ Πέρσῃ εἰσὶ, πεπόνθασι τοιόνδε· τὰς διασφάγας τῶν οὐρέων ἐνδείμας ὁ βασιλεὺς, πύλας ἐπ' ἑκάστῃ διασφάγι ἔστησε. ἀποκεκληϊμένου δὲ τοῦ ὕδατος τῆς ἐξόδου [c], τὸ πεδίον τὸ ἐντὸς τῶν οὐρέων, πέλαγος γίνεται, ἐνδιδόντος μὲν τοῦ ποταμοῦ, ἔχοντος δὲ οὐδαμῆ ἐξήλυσιν. οὗτοι ὦν οἵ περ ἔμπροσθεν εἰώθεσαν χρᾶσθαι τῷ ὕδατι, οὐκ ἔχοντες αὐτῷ χρᾶσθαι, συμφορῇ μεγάλῃ διαχρέονται· τὸν μὲν γὰρ χειμῶνα ὕει σφι ὁ θεὸς, ὥσπερ ϗ τοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώποισι·

b Haec quatuor vocabula Χορασμίων ἐν ὄρεσι ἐόντων non exstant in MS. [c] Σαραγγαίων ϗ Θωμανίων. [d] διεζεῦν.

rum et Hyrcaniorum et Parthorum et Sarangensium et Thomanaeorum: sed posteaquam Persae rerum potiti sunt, facta est regis. Ex hoc igitur circumclaudente monte ingens amnis profluit, nomine Aces: qui quondam per singulas undique intercisiones ductus ac distributus, totidem quas dixi gentium regiones irrigabat: ubi vero in Persae potestatem venerunt, hoc ab illo sunt passae, quod sectionibus montium ab rege obstructis, et ad earum singulas portis positis, aqua ab exitu interclusa est; et planities quae intra montes erat, pelagus facta, quum fluat in interiora amnis, sed nulla ex parte exitum habeat: atque ita ipsae gentes pristino aquae usu fraudatae afficiuntur magno detrimento. Nam hyberno tempore deus illis, quemadmodum aliis hominibus, plu-

it: ſed aeſtate quum ſerunt anicum et ſeſamum, aquam deſiderant. Igitur quum nihil eis aquae tribueretur, ad Perſas venerunt viri atque mulieres: ſtanteſque ad fores regis, cum ejulatu vociferabantur. Tunc rex iis qui maxime indigebant portas reſerari juſſit, utique eas quae ad illud ferrent: eaſdem, quum illorum terra humore hauſto ſatiata eſſet, rurſus obſerari; alias vero, ut quique ceterorum populorum maxime aqua indigerent, jubet aperire. id faciens (quantum ego auditu cognovi) magnam pecuniam exigit praeter tributum. Atque haec quidem ita ſe habent.

118. CETERUM unum e ſeptem viris qui adverſus magum conſpiraverunt, Intaphernem, accidit per inſolentiam ita perire. ſtatim poſt oppreſſos magos regiam ingreſſus, volebat admitti ad colloquium regis. etenim hac etiam lege con-

τȣ̃ δὲ θέρεος σπείροντες μελίνην, κ̀ σήσαμον, χρηίσκονλο τῷ ὕδαλι. ἐπεὰν ὦν μηδέν σφι παραδιδῶται τοῦ ὕδατος, ἐλθόντες ἐς τȣ̀ς Πέρσας αὐτοί τε κ̀ γυναῖκες, ςάνλες κατὰ τὰς θύρας τȣ̃ βασιλέος, βοῶσι ὠρυόμενοι. ὁ δὲ βασιλεὺς τοῖσι δεομένοισι αὐτῶν μάλιςα ἐντέλλελαι ἀνοίγειν τὰς πύλας τὰς ἐς τȣ̃το φερȣ́σας· ἐπεὰν δὲ διάκορος ἡ γῆ σφέων γένηλαι πίνȣσα τὸ ὕδωρ, αὗται μὲν αἱ πύλαι ἀποκληίονται, ἄλλας δ᾽ ἐντέλλεται ἀνοίγειν ἄλλοισι τοῖσι δεομένοισι μάλιςα τῶν λοιπῶν. ὡς δ᾽ ἐγὼ οἶδ᾽ ἀκȣ́σας, χρήμαῖα μεγάλα πρησσόμενος ἀνοίγει, πάρεξ τȣ̃ φόρȣ. ταῦτα μὲν δὴ ἔχει ȣ̈τω.

ριη΄. Τῶν δὲ τῷ μάγῳ ἐπαναςάντων ἑπτὰ ἀνδρῶν, ἕνα αὐτῶν Ινταφέρνεα κατέλαβε ὑβρίσανλα τάδε, ἀποθανεῖν. αὐτίκα μετὰ τὴν ἐπανάςασιν ἤθελε ἐς τὰ βασιλήϊα ἐσελθὼν χρηματίσασθαι τῷ βασιλέϊ. καὶ γὰρ δὴ καὶ ὁ νόμος [a] οὕτω εἶχε,

[a] ȣ̓ γὰρ δὴ ὁ νόμος.

τοῖσι ἐπαναστᾶσι τῷ μάγῳ ἔσοδον εἶναι παρὰ βασιλέα ἄνευ ἀγγέλου, ἢν μὴ γυναικὶ τυγχάνῃ μισγόμενος ὁ βασιλεύς. οὐκων δὴ Ινταφέρνης ἐδικαίευ οὐδένα οἱ ἐσαγγεῖλαι· ἀλλ' ὅτι ἦν τῶν ἑπτὰ, ἤθελε ἐσιέναι. ὁ δὲ πυλουρὸς καὶ ὁ ἀγγελιηφόρος οὐ περιώρεον, φάμενοι τὸν βασιλέα γυναικὶ μίσγεσθαι. ὁ δὲ Ινταφέρνης, δοκέων σφέας ψεύδεα λέγειν, ποιέει τοιάδε [b]· σπασάμενος τὸν ἀκινάκεα, ἀποτάμνει αὐτῶν τά τε ὦτα καὶ τὰς ῥῖνας· καὶ ἀνείρας περὶ τὸν χαλινὸν [c] τοῦ ἵππου, περὶ τοὺς αὐχένας σφέων ἔδησε, καὶ ἀπῆκε. οἱ δὲ τῷ βασιλέϊ δεικνύασι [d] ἑωϋτοὺς, καὶ τὴν αἰτίην εἶπον, δι' ἣν πεπονθότες εἴησαν.

ριθ'. Δαρεῖος δὲ, ἀῤῥωδήσας μὴ κοινῷ λόγῳ οἱ ἓξ πεποιηκότες ἔωσι ταῦτα, μεταπεμπόμενος ἕνα ἕκαστον, ἀπεπειρᾶτο γνώμης, εἰ συνέπαινοί εἰσι τῷ πεποιημένῳ. ἐπεί τε δὲ ἐξέμαθε ὡς οὐ συγκειμένοισι εἴη ταῦτα πεποιηκὼς, ἔλαβε αὐτόν τε

[b] τάδε. [c] ἀνείρας τὸν χαλινόν. [d] δεικνύουσι.

ventum erat inter magi oppreſſores, ut eis ad regem foret aditus ſine internuncio, niſi cubantem cum uxore. Itaque non oportere ſibi intervenire nuncium cenſens Intaphernes, quia foret unus e ſeptem, introire utique volebat. ſed quum janitor et qui a reſponſis erat introire non ſinerent, quod regem dicerent rei uxoriae dare operam, eos mentiri ratus, educto acinace, aures utrique nareſque praecidit, et annectens circa frenum equi cervicibus ipſorum circumdedit homineſque dimiſit.

119. Qui quum ſeſe regi exhibuiſſent et cur id paſſi fuerant expoſuiſſent, Darius ſingulatim unoquoque arceſſito, veritus ne id communi ſex ſociorum conſilio factum eſſet; exploravit numquid id quod actum foret comprobarent. Ubi comperit ſine horum conſenſu Intapher-

nem haec fecisse, hominem comprehendit ejusque filium atque omnem familiam; multis de caussis credens illum cum suis propinquis rebellionem fuisse moliturum: hos comprehensos ad necem vinciri jussit. Tunc uxor Intaphernis ad regias fores accedens, plorabat atque lamentabatur. Id assidue faciendo ad sui misericordiam Darium quum adduxisset, misso ad eam nuncio, rex inquit, 'Mulier, offert 'tibi Darius unius electionem ex vinctis 'domesticis tuis quem velis liberare.' Illa postquam secum deliberavit, ita respondit, 'Si quidem unius animam rex mihi 'gratificatur, eligo ex omnibus fratrem.' Haec audiens rex, miratus hujus orationem, misso nuncio, inquit, 'Percontatur 'te rex, qua de caussa, viro filiisque prae- 'termissis, fratrem delegeris, ut superesset, 'qui et remotiore abs te est gradu quam

τὸν Ινταφέρνεα, ϗ τὸν παῖδα [e] αὐτοῦ, ϗ τοὺς οἰκηΐους πάντας· ἐλπίδας πολλὰς ἔχων μετὰ τῶν συγγενέων μιν ἐπιβουλεύειν οἱ ἐπανάστασιν. συλλαβὼν δέ σφεας, ἔδησε τὴν ἐπὶ θανάτῳ. ἡ δὲ γυνὴ τοῦ Ινταφέρνεος φοιτέουσα ἐπὶ τὰς θύρας τοῦ βασιλέος, κλαίεσκε ἂν ϗ ὀδύρετο· ποιεῦσα δὲ αἰεὶ τὠυτὸ τοῦτο, τὸν Δαρεῖον ἔπεισε οἰκτεῖραί μιν· πέμψας δὲ ἄγγελον, ἔλεγε τάδε, ‘Ὦ γύναι, βασιλεύς τοι Δαρεῖος διδοῖ ἕνα ‘τῶν δεδεμένων οἰκηΐων ῥύσασθαι, τὸν βού‘λεαι ἐκ πάντων.’ ἡ δὲ, βουλευσαμένη, ὑπεκρίνετο τάδε, ‘Εἰ μὲν δή μοι διδοῖ βα‘σιλεὺς ἑνὸς ψυχὴν, αἱρέομαι ἐκ πάντων ‘τὸν ἀδελφεόν.’ πυθόμενος δὲ Δαρεῖος ταῦτα, ϗ θωϋμάσας τὸν λόγον, πέμψας ἠγόρευε, ‘Ὦ γύναι, εἰρωτᾷ σε βασιλεὺς ‘τίνα ἔχουσα γνώμην, τὸν ἄνδρα τε καὶ ‘τὰ τέκνα ἐγκαταλιποῦσα, τὸν ἀδελφεὸν ‘εἵλευ περιεῖναί τοι· ὃς ϗ ἀλλοτριώτα‘τός τοι τῶν παίδων, ϗ ἧσσον κεχαρισ-

[e] ἐς τοὺς παῖδας.

‘ μένος τοῦ ἀνδρός ἐστι.’ ἡ δ’ ἀμείβετο τοῖσδε, ‘ Ω βασιλεῦ, ἀνὴρ μέν μοι ἂν ἄλλος ‘ γένοιτο, εἰ δαίμων ἐθέλοι, καὶ τέκνα ἄλλα, εἰ ταῦτα ἀποβάλλοιμι· πατρὸς δὲ ‘ καὶ μητρὸς οὐκ ἔτι μευ ζωόντων, ἀδελφεὸς ‘ ἂν ἄλλος οὐδενὶ τρόπῳ γένοιτο. ταύτῃ ‘ τῇ γνώμῃ χρεωμένη, ἔλεξα [a] ταῦτα.’ εὖ τε δὴ ἔδοξε τῷ Δαρείῳ εἰπεῖν ἡ γυνὴ, καί οἱ ἀπῆκε τοῦτόν τε τὸν παραιτέετο, καὶ τῶν παίδων τὸν πρεσβύτατον, ἡσθεὶς αὐτῇ· τοὺς δὲ ἄλλους ἀπέκτεινε πάντας. τῶν μὲν δὴ ἑπτὰ εἷς αὐτίκα τρόπῳ τῷ εἰρημένῳ ἀπολώλεε.

ρκʹ. Κατὰ δέ κου μάλιστα τὴν Καμβύσεω νοῦσον ἐγένετο τάδε· ὑπὸ Κύρου καταστὰθεὶς ἦν Σαρδίων ὕπαρχος Ὀροίτης, ἀνὴρ Πέρσης· οὗτος ἐπεθύμησε πρήγματος οὐκ ὁσίου· οὔτε γάρ τι παθὼν οὔτε ἀκούσας μάταιον ἔπος πρὸς Πολυκράτεος τοῦ Σαμίου, οὔτε ἰδὼν πρότερον, ἐπεθύμεε λαβὼν αὐτὸν ἀπολέσαι· ὡς μὲν οἱ πλεῦνες λέγου-

[a] ἐξ-λεξα.

'filii, et minus jucundus quam maritus.' Cui illa refpondens, 'ô Rex, inquit, maritus mihi alius, fi daemon voluerit, atque alii liberi, fi hos amifero, effe poffunt: alius frater, parentibus meis jam vita defunctis, nulla ratione poteft effe. Hanc fequuta cauffam ita loquuta fum.' vifaque eft mulier Dario probe dixiffe. itaque ea re delectatus, et eum quem mulier optaverat miffum fecit, et filiorum natu maximum, ceteris omnibus interfici juffis. Ita unus e feptem ftatim eo modo, quo dixi, occubuit.

120. Enimvero illud fere circa Cambyfis infirmitatem contigit: Erat Sardibus praefes quidam a Cyro praefectus, nomine Oroetes, Perfa, cui nefariae rei cupido inceffit: fiquidem Polycratem Samium, a quo nullo nec facto nec dicto quantulocunque laefus effet, quemque ne vidiffet quidem unquam, tamen concupivit

capere ad interimendum, ob hanc (ut plerique ajunt) caussam: Quum aliquando ad fores regis considerent Oroetes et alter quidam Persa nomine Mitrobates, praefectus gentis quae est in Dascylio, e verbis ad jurgia pervenerunt. Et quum de virtute disceptaretur, Mitrobates objiciens Oroeti, inquit, ' Tune in pretio virorum es, qui insulam Samum tuae provinciae adjacentem, regi non acquisivisti, ita facilem captu ut quidam e popularibus quindecim armatis fretus occuparit, ejusque tyrannide nunc potiatur?' Hoc jurgium audienti Oroeti adeo doluisse quidam ajunt, ut affectaverit non de objurgante vindictam, sed Polycratem prorsus occidere, propter quem mali audisset.

121. Alii (sed pauciores) inquiunt, caduceatorem in Samum ab Oroete missum cujusdam rei rogandae caussa: (cujus autem, non dicitur) Polycratem autem

σι, διὰ τοιήνδέ τινα αἰτίην· ἐπὶ τῶν βασιλέος θυρέων κατήμενον τόν τε Οροίτην κ̓ ἄλλον Πέρσην τῷ ὔνομα εἶναι Μιτροβατεα, νομȣ̃ ἄρχοντα τȣ̃ ἐν Δασκυλείῳ, τȣ́τȣς ἐκ λόγων ἐς νείκεα συμπεσέειν. κρινομένων δὲ περὶ ἀρέτῆς, εἰπεῖν τὸν Μιτροβάτεα τῷ Οροίτῃ προφέροντα, ‘ Σὺ γὰρ ‘ ἐν ἀνδρὸς λόγῳ, ὃς βασιλέϊ νῆσον Σάμον πρὸς τῷ σῷ νομῷ προσκειμένην οὐ ‘ προσεκτήσαο, ὧδε δή τι ἐȣ̃σαν εὐπετέα ‘ χειρωθῆναι, τὴν τῶν τις ἐπιχωρίων πεντεκαίδεκα ὁπλίτῃσι ἐπαναςὰς ἔχε, καὶ ‘ νῦν αὐτῆς τυραννεύει;’ οἱ μὲν δή μιν φασὶ τȣ̃το ἀκȣ́σαντα, καὶ ἀλγήσαντα τῷ ὀνείδεϊ, ἐπιθυμῆσαι ȣ̓κ οὕτω τὸν εἴπαντα ταῦτα τίσασθαι, ὡς Πολυκράτεα πάντως ἀπολέσαι, διά τινα κακῶς [a] ἤκȣσε.

ρκα'. Οἱ δὲ ἐλάσσονες λέγȣσι πέμψαι Οροίτεα ἐς Σάμον κήρυκα ὅτευ δὴ χρήματος δεησόμενον· (οὐ γὰρ ὦν δὴ τȣ̃το γε λέγεται [b]) καὶ τὸν Πολυκράτεα τυχεῖν

[a] διά τιν' ἃ κακῶς. [b] τȣ̃το λέγεται.

κατακείμενον ἐν ἀνδρεῶνι· παρεῖναι δέ οἱ καὶ Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον. καί κως εἴτ' ἐκ προνοίης αὐτὸν καταλογέοντα τὰ Οροίτεω πρήγματα, εἴτε καὶ συντυχίη τις τοιαύτη ἐπεγένετο. τόν τε γὰρ κήρυκα τὸν Οροίτεω παρελθόντα διαλέγεσθαι, καὶ τὸν Πολυκράτεα (τυχεῖν γὰρ ἐπεστραμμένον πρὸς τὸν τοῖχον) οὔτέ τι μεταστραφῆναι, οὔτε ὑποκρίνασθαι.

ρκϛ'. Αἰτίαι μὲν δὴ αὗται διφάσιαι λέγονται τοῦ θανάτου τοῦ Πολυκράτεος γενέσθαι, πάρεστι δὲ πείθεσθαι ὁκοτέρῃ τις βούλεται αὐτέων. ὁ δὴ ὦν Οροίτης ἱζόμενος ἐν Μαγνησίῃ τῇ ὑπὲρ Μαιάνδρου τοῦ ποταμοῦ οἰκημένῃ [c], ἔπεμπε Μύρσον τὸν Γύγεω ἄνδρα Λυδὸν ἐς Σάμον ἀγγελίην φέροντα, μαθὼν τοῦ Πολυκράτεος τὸν νόον. Πολυκράτης γάρ ἐστι πρῶτος τῶν ἡμεῖς ἴδμεν Ἑλλήνων, ὃς θαλασσοκρατέειν ἐπενοήθη, πάρεξ Μίνωός τε τοῦ Κνωσσίου, καὶ εἰ δή τις ἄλλος πρότερος τούτου ἦρξε

[c] οἰκεομένῃ.

tunc forte in conclavi virili cubantem fuisse, assistente ei Anacreonte Teio, sive id consulto, quod res Oroetis contemptui haberet, sive forte aliqua hujusmodi factum sit. ad quem quum accedens Oroetis caduceator, ejus mandata exponeret, Polycratem neque se ad hominem convertisse (erat enim ad parietem versus) neque quicquam respondisse.

122. Hae duplices caussae mortis Polycratis fuisse memorantur, quarum utrilibet accommodare fidem quis potest. Itaque Oroetes in *urbe* Magnesia degens, quae est super Maeandrum flumen sita, misit Myrsum Lydum, Gygis filium, cum nuncio in Samum ad Polycratem, cujus animum noverat. Etenim Polycrates primus extitit Graecorum, quos novimus (secundum Minoem Cnossium, et siquis alius isto prior maris imperio potitus est) qui in animum induxerit ut mari potire-

tur: ſed quod ad generationem et aetatem attinet, quae humana vocatur, ſolus eſt Polycrates, qui multam conciperet ſpem Ioniae atque inſulis dominandi. Hoc igitur eum in animo habere certior Oroetes factus, miſit nuncium in haec verba, OROETES POLYCRATI ITA INQUIT, ‘ Audio te res ingentes agi-
‘ tare animo, ſed propoſito rem pecunia-
‘ riam non ſuppetere. Quod ſi ita fece-
‘ ris ut ſuadeo, proſpexeris et tibi et ſa-
‘ luti meae. Nam rex Cambyſes (ut mi-
‘ hi pro comperto renunciatur) de me
‘ interficiendo cogitat. nunc igitur me-
‘ ipſum recipito, atque pecunias, earum
‘ partem tibi habiturus, partem mihi per-
‘ miſſurus: et ipſarum pecuniarum bene-
‘ ficio omni Graeciae imperaturus. De
‘ quibus ſi mihi fidem non habes, mitti-
‘ to quempiam tibi fidiſſimum, cui ego
‘ monſtrabo.’

τῆς θαλάσσης. τῆς δὲ ἀνθρωπηΐης λεγομένης γενεῆς Πολυκράτης μοῦνος ἐλπίδας πολλὰς ἔχων Ἰωνίης τε καὶ νήσων ἄρξειν. μαθὼν ὦν ταῦτα μὲν διανοεύμενον [a] ὁ Ὀροίτης, πέμψας ἀγγελίην, ἔλεγε τάδε,

ΟΡΟΙΤΗΣ ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΙ ΩΔΕ ΛΕΓΕΙ,

‘ Πυνθάνομαι ἐπιβουλεύειν σε πρήγμασι ‘ μεγάλοισι, καὶ χρήματά τοι οὐκ εἶναι κατὰ τὰ φρονήματα. σὺ νῦν ὧδε ποιήσας, ‘ ὀρθώσεις μὲν σεωϋτὸν, σώσεις δὲ καὶ ἐμέ. ‘ ἐμοὶ γὰρ [b] βασιλεὺς Καμβύσης ἐπιβουλεύει θάνατον, καί μοι τοῦτο ἐξαγγέλλεται σαφηνέως. σὺ νῦν ἐμὲ ἐκκομίσας ‘ αὐτὸν, καὶ χρήματα, τὰ μὲν, αὐτέων ‘ αὐτὸς ἔχε, τὰ δὲ, ἐμὲ ἔα ἔχειν· εἵνεκέν τε [c] χρημάτων, ἄρξεις ἁπάσης τῆς ‘ Ἑλλάδος [d]. εἰ δέ μοι ἀπιστέεις τὰ περὶ τῶν χρημάτων, πέμψον ὅστις τοι πιστότατος τυγχάνει ἐὼν, τῷ ἐγὼ ἀποδέξω [e].’

[a] ταῦτα διανοεύμενον. [b] ἐμοὶ μὲν γάρ. [c] εἵνεκά τε. [d] ἁπάσης Ἑλλάδος. [e] ὑποδέξω.

ρκγʹ. Ταῦτα ἀκούσας Πολυκράτης, ἥσθη τε καὶ ἐβούλετο· καί κως (ἱμείρετο γὰρ χρημάτων μεγάλως) ἀποπέμπει πρῶτα κατοψόμενον Μαιάνδριον [f] Μαιανδρίου, ἄνδρα τῶν ἀστῶν, ὅς οἱ ἦν γραμματιστής· ὃς χρόνῳ οὐ πολλῷ ὕστερον τούτων, τὸν κόσμον τὸν ἐκ τοῦ ἀνδρεῶνος τοῦ Πολυκράτεος ἐόντα ἀξιοθέητον ἀνέθηκε πάντα ἐς τὸ Ἡραῖον. ὁ δὲ Ὀροίτης, μαθὼν τὸν κατάσκοπον ἐόντα προσδόκιμον, ἐποίεε τοιάδε [g]· λάρνακας ὀκτὼ πληρώσας λίθων, πλὴν κάρτα βραχέος τοῦ περὶ αὐτὰ τὰ χείλεα, ἐπιπολῆς τῶν λίθων, χρυσὸν ἐπέβαλε. καταδήσας δὲ τὰς λάρνακας, εἶχε ἑτοίμας. ἐλθὼν δὲ ὁ Μαιάνδριος [h], καὶ θεησάμενος, ἀπήγγειλε τῷ Πολυκράτεϊ.

ρκδʹ. Ὁ δὲ, πολλὰ μὲν τῶν μαντίων [i] ἀπαγορευόντων, πολλὰ δὲ τῶν φίλων, ἐστέλλετο αὐτόσε. πρὸς δὲ, καὶ ἰδούσης τῆς θυγατρὸς ὄψιν ἐνυπνίου τοιήνδε· ἐδόκεέ οἱ τὸν πατέρα ἐν τῷ ἠέρι μετέωρον ἐόντα,

[f] Μαίανδρον. [g] τάδε. [h] Μαίανδρος. [i] μαντηΐων.

123. Quo audito Polycrates gavisus est, atque obsequi volebat. majorem enim in modum pecuniam avebat. Mittit itaque prius ad rem inspiciendam e popularibus Maeandrium Maeandrii filium, scribam suum: qui non longo post haec tempore ornatum conclavis Polycratis spectatu dignum templo Junonis omnem dicavit. Hunc Oroetes quum cognovisset speculatorem esse exspectandum, ita sibi agendum putavit: Octo arcas lapidibus quum implevisset, praeter admodum parvam partem circa ipsas oras, ac superficiem lapidum aurum injecit: easque arcas alligatas in expedito habet. Quas adveniens Maeandrius quum inspexisset, Polycrati renunciavit.

124. At ille dehortantibus multum tum vatibus, multum quoque amicis, profectus illuc est, quum etiam filia in somnio vidisset hoc visum. Videbatur sibi cernere patrem in aëre sublimem esse, qui

a Jove quidem lavaretur, a ſole autem ungeretur. Hanc viſionem conſpicata, inſtabat omni modo diſſuadere, ne a patria proficiſceretur ad Oroetem: quinetiam ad navem L remorum eunti male ominabatur. Cui quum ille minitaretur, ſi ſoſpes rediret, fore ut haec perdiu maneret virgo: ipſa ut ita contingeret, ſibi imprecata eſt. malle enim ſe diutius virginem eſſe quam patre orbari.

125. Polycrates omne conſilium pro nihilo habens, ad Oroetem navigavit, cum alios multos familiarium ſecum ducens, tum vero Democedem Calliphontis filium, Crotonienſem medicum, qui eam artem optime omnium ſuae aetatis exercebat. Ubi Magneſiam pervenit Polycrates, tetra morte eſt affectus, nec digna vel ſua perſona vel cogitationibus. nam praeter illos qui Syracuſis extiterunt, ne unus

λοῦσθαι μὲν ὑπὸ τοῦ Διός, χρίεσθαι δὲ ὑπὸ τοῦ ἡλίου. ταύτην ἰδοῦσα τὴν ὄψιν, παντοίη ἐγένετο μὴ ἀποδημῆσαι τὸν Πολυκράτεα παρὰ τὸν Ὀροίτεα· καὶ δὴ καὶ ἰόντος αὐτοῦ ἐπὶ τὴν πεντηκόντορον, ἐφημίζετο [a]. ὁ δέ οἱ ἠπείλησε, ἢν σῶς ἀπονοστήσῃ, πολλόν μιν χρόνον παρθενεύεσθαι. ἡ δὲ ἠρήσατο ἐπιτελέα ταῦτα γενέσθαι. βούλεσθαι γὰρ παρθενεύεσθαι πλέω χρόνον ἢ τοῦ πατρὸς ἐστερῆσθαι.

ρκε'. Πολυκράτης δέ, πάσης συμβουλίης ἀλογήσας, ἔπλεε παρὰ τὸν Ὀροίτεα, ἅμα ἀγόμενος ἄλλους τε πολλοὺς τῶν ἑταίρων, ἐν δὲ δὴ καὶ Δημοκήδεα τὸν Καλλιφῶντος, Κροτωνιήτην, ἄνδρα ἰητρόν τ' ἐόντα, καὶ τὴν τέχνην ἐπασκέοντα ἄριστα τῶν κατ' ἑωυτόν. ἀπικόμενος δὲ ἐς τὴν Μαγνησίην ὁ Πολυκράτης, διεφθάρη κακῶς, οὔτε ἑωυτοῦ ἀξίως οὔτε τῶν ἑωυτοῦ φρονημάτων. ὅτι γὰρ μὴ οἱ Συρηκουσίων γενόμενοι, οὐδὲ [b] εἷς τῶν ἄλλων Ἑλληνικῶν

[a] ἐπεφημίζετο. [b] γενόμενοι τύραννοι, οὐδὲ.

τυράννων ἄξιός ἐςι Πολυκράτεϊ μεγαλοπρεπείην συμβληθῆναι. ἀποκτείνας δέ μιν ὐκ ἀξίως ἀπηγήσιος Οροίτης ἀνεςαύρωσε. τῶν δέ οἱ ἑπομένων ὅσοι μὲν ἔσαν Σάμιοι, ἀπῆκε, κελεύων σφέας ἑωϋτῷ χάριν εἰδέναι, ἐόντας ἐλευθέρυς. ὅσοι δὲ ἔσαν ξεῖνοί τε καὶ δῦλοι τῶν ἑπομένων, ἐν ἀνδραπόδων λόγῳ ποιεύμενος εἶχε. Πολυκράτης δὲ ἀνακρεμάμενος, ἐπετέλεσε πᾶσαν τὴν ὄψιν τῆς θυγατρός. ἐλῦτο μὲν γὰρ ὑπὸ τῦ Διὸς ὅκως ὕοι, ἐχρίετο δὲ ὑπὸ τῦ ἡλίυ, ἀνιεὶς αὐτὸς ἐκ τῦ σώματος ἰκμάδα. Πολυκράτεος μὲν δὴ αἱ πολλαὶ εὐτυχίαι ἐς τοῦτο ἐτελεύτησαν, τῇ οἱ Αμασις ὁ Αἰγύπτου βασιλεὺς προεμαντεύσατο.

ρκϛ'. Χρόνῳ δὲ οὐ πολλῷ ὕςερον καὶ Οροίτεα Πολυκράτεος τίσιες μετῆλθον. μετὰ γὰρ τὸν Καμβύσεω θάνατον, καὶ τῶν μάγων τὴν βασιληΐην, μένων ἐν τῇσι Σάρδισι Οροίτης, ὠφέλει μὲν οὐδὲν Πέρ-

quidem aliorum Graecorum tyrannorum ullus est magnificentia cum Polycrate comparandus. Eum Oroetes (quod indignum relatu est) postquam occidit, cruci suffixit: ex illis vero qui illum comitabantur, Samios quidem dimisit, jubens eos gratiam sibi habere quod liberi essent: peregrinos autem atque servos eorum qui comites fuerant, pro mancipiis sibi vendicans, retinuit. Polycrates ergo suspensus omnem filiae visionem explevit. nam ab Jove quidem, quum plueret, lavabatur; a sole autem ungebatur, dum ipse ex corpore humorem emitteret. Hunc exitum habuerunt tot prosperae res Polycratis, quem ante vaticinatus ei fuerat Amasis rex Aegypti.

126. Verum non multo post tempore Polycratis manes ab Oroete poenas petiverunt. quippe post Cambysis obitum et usurpationem a magis regni, Oroetes

quum maneret Sardibus, nihil de Perſis qui a Medis imperio fraudati erant, bene meritus eſt: ille vero in ea regni uſurpatione Mitrobatem Daſcylii praefectum, qui illi de Polycrate exprobraverat, interemit, et ejus filium Cranapem, ſpectatos in Perſis viros: et cum alia quoque generis omnis flagitia commiſit, tum quendam e nunciis qui ad ipſum a Dario venerat, quod parum jucunda nunciaſſet, trucidandum in via curavit, ſummiſſis qui redeuntem aggrederentur; trucidatumque cum ipſo equo occultavit.

127. Darius, ubi principatu potitus eſt, Oroetem ulciſci cum ob alia ſcelera, tum praecipue ob Mitrobatem filiumque, cupiebat: ſed adverſus eum directo mittere copias conſilii non erat, utique rebus nondum ſatis tranquillis, et imperio recens parto: quum praeſertim audiret Oroetem multa vi nixum, quum mille Per-

σας, ὑπὸ Μήδων ἀπαραιρημένους τὴν ἀρχήν· ὁ δὲ ἐν ταύτῃ τῇ ἀρχῇ κατὰ μὲν ἔκτεινε Μιτροβάτεα τὸν ἐκ Δασκυλείου ὕπαρχον, ὅς οἱ ὠνείδισε τὰ ἐς Πολυκράτεα ἔχοντα· κατὰ δὲ, τὸν Μιτροβάτεω παῖδα Κρανάπην· ἄνδρας ἐν Πέρσῃσι δοκίμους. ἀλλά τε ἐξύβρισε παντοῖα, καί τινα ἀγγελιηφόρον ἐλθόντα Δαρείου παρ' αὐτὸν, ὡς οὐ πρὸς ἡδονήν οἱ ἦν τὰ ἀγγελόμενα, κτείνει [b] μιν ὀπίσω κομιζόμενον, ἄνδρας οἱ ὑπείσας κατ' ὁδόν. ἀποκτείνας δέ μιν, ἠφάνισε αὐτῷ ἵππῳ.

ρκζ΄. Δαρεῖος δὲ ὡς ἔσχε τὴν ἀρχὴν, ἐπεθύμεε [c] τὸν Ὀροίτεα τίσασθαι, πάντων τῶν ἀδικημάτων εἵνεκε, καὶ μάλιστα Μιτροβάτεω, καὶ τοῦ παιδός· ἐκ μὲν δὴ τῆς ἰθείης στρατὸν ἐπ' αὐτὸν οὐκ ἐδόκεε πέμπειν, ἅτε οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων, καὶ νεωστὶ ἔχων τὴν ἀρχὴν, καὶ τὸν Ὀροίτεα μεγάλην [d] τὴν ἰσχὺν πυνθα-

[b] ἔκτεινε. [c] ἐπεθύμησε. [d] vox iſta μεγάλην in MS. non exſtat.

νόμενος ἔχειν· τὸν χίλιοι μὲν Περσέων ἐδορυφόρεον· εἶχε δὲ νομὸν τόν τε Φρύγιον, καὶ Λύδιον, καὶ Ιωνικόν. πρὸς ταῦτα δὴ ὦν ὁ Δαρεῖος τάδε ἐμηχανήσατο· συγκαλέσας Περσέων τοὺς δοκιμωτάτους, ἔλεγέ σφι τάδε, ‘ Ω Πέρσαι, τίς ἄν μοι ‘ τοῦτο ὑμέων ὑποςὰς ἐπιτελέσειε σοφίῃ ‘ τε, καὶ μὴ βίῃ τε καὶ ὁμίλῳ· ἔνθα γὰρ ‘ σοφίης δέει, βίης ἔργον οὐδέν. ὑμέων δὴ ‘ ὦν τίς μοι Ὀροίτεα ἢ ζώοντα ἀγάγοι, ἢ ‘ ἀποκτείνειε· ὃς ὠφέλησε μέν κω Πέρ‑ ‘ σας οὐδὲν, κακὰ δὲ μεγάλα ἔοργε· τοῦτο ‘ μὲν, δύο ἡμέων ἠΐςωσε, Μιτροβάτεά τε ‘ καὶ τὸν παῖδα αὐτοῦ· τοῦτο δὲ, τοὺς ἀνα‑ ‘ καλέοντας αὐτὸν, καὶ πεμπομένους ὑπ’ ‘ ἐμοῦ, κτείνει, ὕβριν οὐκ ἀνασχετὸν φαί‑ ‘ νων. πρίν τι ὦν μέζον ἐξεργάσασθαί μιν ‘ Πέρσας κακὸν, καταλαμπτέος ἐςὶ ἡμῖν ‘ θανάτῳ.’

ρκη΄. Δαρεῖος μὲν ταῦτα ἐπηρώτα, τῷ δὲ ἄνδρες τριήκοντα ὑπέςησαν, αὐτὸς

ſarum ſatellitio ſtipatus eſſet. nam ſuae provinciae habebat Phrygiam, Lydiam, Ioniam. Itaque Darius adverſus haec hanc rationem inivit: Accitis Perſarum laudatiſſimis eos alloquutus eſt his verbis, 'Perſae, quis hoc veſtrum mihi repromit-'tat, exequuturus et prudentia duntaxat, 'et nulla vi, nulliſque copiis? Ubi enim 'opus prudentia eſt, ibi vi agere nihil at-'tinet. Ergo quis veſtrum mihi Oroetem 'vel ducat vivum, vel interficiat? qui de 'Perſis nihil omnino bene meruit, ſed 'cum alia multa ſcelera admiſit, tum haec 'duo: unum, quod duos e nobis, Mitro-'batem ejuſque filium interemit; alterum, 'quod a me miſſos ad ſe arceſſendum ne-'cat, inſolentiam non tolerandam exhi-'bens. ideoque priuſquam majora in Per-'ſas mala admittat, occupandus eſt nobis 'nece.'

128. Haec Darius interrogabat; et

triginta extiterant qui repromitterent, singuli volentes ipsi id exequi. Quos invicem contendentes Darius reprehendens, sortiri jussit. id quum fecissent, sors Bagaeum Artontis filium ex omnibus contigit. Hic forte delectus, hac ratione usus est: Complures litteras variis de rebus ubi scripsit, sigillumque Darii impressit, cum his profectus est Sardes. Eas, postea quam in conspectum Oroetis venit, dedit separatim recitandas regio scribae. (regios autem scribas cuncti praesides habent.) Reddebat autem separatim Bagaeus litteras, explorandi gratia animos satellitum, numquid annuerent ad deficiendum ab Oroete. Quos animadvertens magnopere venerari litteras, et ea, quae in illis dicerentur, etiam vehementius, reddidit aliam epistolam in haec verba; 'Persae, Darius rex interdicit vobis ne apud 'Oroetem fungamini satellitum officio.'

ἕκαςος ἐθέλων ποιέειν ταῦτα· ἐρίζοντας δὲ Δαρεῖος κατελάμβανε, κελεύων πάλλεσθαι. παλλομένων δὲ, λαγχάνει ἐκ πάντων Βαγαῖος ὁ Ἀρτόντεω. λαχὼν δὲ ὁ Βαγαῖος, ποιέει τοιάδε· βιβλία γραψάμενος πολλὰ, κ) περὶ πολλῶν ἔχοντα πρηγμάτων, σφρηγῖδά σφι ἐπέβαλε τὴν Δαρείου. μετὰ δὲ ἤιε ἔχων ταῦτα ἐς τὰς Σάρδις. ἀπικόμενος δὲ, καὶ Ὀροίτεω ἐς ὄψιν ἐλθὼν, τῶν βιβλίων ἓν ἕκαςον περιαιρεόμενος, ἐδίδου τῷ γραμματιςῇ τῷ βασιληΐῳ ἐπιλέγεσθαι. (γραμματιςὰς δὲ βασιληΐους οἱ πάντες ὕπαρχοι ἔχουσι.) ἀποπειρεώμενος δὲ τῶν δορυφόρων, ἐδίδου τὰ βιβλία ὁ Βαγαῖος, εἴ ἐνδεξαίατο [a] ἀπόςασιν ἀπὸ Ὀροίτεω. ὁρέων δέ σφεας τά τε βιβλία σεβομένους μεγάλως, κ) τὰ λεγόμενα ἐκ τῶν βιβλίων ἔτι μεζόνως, διδοῖ ἄλλο, ἐν τῷ ἐνῆν ἔπεα ταδε [b], ‘ Ὦ Πέρσαι, ‘ βασιλεὺς Δαρεῖος ἀπαγορεύει ὑμῖν μὴ ‘ δορυφορέειν Ὀροίτεα.’ οἱ δὲ, ἀκούσαντες

[a] εἰ οἱ ἐνδεξαίατο. [b] τοιάδε.

τέτων, μετῆκάν οἱ τὰς αἰχμάς. ἰδὼν δὲ τέτῳ σφέας ὁ Βαγαῖος πειθομένες τῷ βιβλίῳ, ἐνθαῦτα δὴ θαρσήσας, τὸ τελευταῖον τῶν βιβλίων διδοῖ τῷ γραμματιςῇ, ἐν τῷ ἐγέγραπτο, 'Βασιλεὺς Δαρεῖος Πέρσῃσι τοῖσι ἐν Σάρδισι ἐντέλλεται κτείνειν Ὀροίτεα.' οἱ δὲ δορυφόροι ὡς ἤκεσαν ταῦτα, σπασάμενοι τὲς ἀκινάκεας, κτείνεσι παραυτίκα μιν. ἕτω δὴ Ὀροίτεα τὸν Πέρσην Πολυκράτεος τοῦ Σαμίου τίσιες μετῆλθον.

ρκθ'. Ἀπικομένων δὲ καὶ ἀνακομισθέντων τῶν Ὀροίτεω χρημάτων ἐς τὰ Σοῦσα, συνήνεικε χρόνῳ ὐ πολλῷ ὕςερον βασιλέα Δαρεῖον, ἐν ἄγρῃ θηρῶν ἀποθρώσκοντα ἀπ' ἵππε, ςραφῆναι τὸν πόδα. καί κως ἰσχυροτέρως ἐςράφη· ὁ γάρ οἱ ἀςράγαλος ἐξεχώρησε ἐκ τῶν ἄρθρων. νομίζων δὲ καὶ πρότερον περὶ ἑωϋτὸν ἔχειν Αἰγυπτίων τὲς δοκέοντας εἶναι πρώτες τὴν ἰητρικὴν, τέτοισι ἐχρῆτο. οἱ δὲ, ςρεβλἕντες

His illi auditis lanceas deposuerunt. Tunc Bagaeus cernens illos obtemperantes huic epistolae, sumpta fiducia reddidit scribae ultimum libellum in haec verba scriptum; ‘ Rex Darius mandat Persis qui Sardi-‘ bus sunt ut Oroetem interimant.’ Id ubi audiere satellites, eductis acinacibus sine mora Oroetem interemerunt. Ita vindicta Polycratis Samii Oroetem Persam insequuta est.

129. Traductis atque comportatis Susa bonis Oroetis, contigit non diu post, ut in venatu ferarum Darius rex, dum ab equo desilit, pedem torserit. Et sane tortus fuit vehementius. nam talus e juncturis exactus est. Se itaque existimans, ut etiam prius, habere ex Aegyptiis eos qui primi putarentur arte medicinae, eorum opera utebatur. At isti retorquendo pedem ac violenter tractando malum augebant; adeo quidem ut septem dies to-

tidemque noctes Darius prae molestia qua afficiebatur transegerit insomnes. Octavo die eidem male habenti quidam Democedis Crotoniatae mentionem apud eum facit; cujus de artificio prius jam inde Sardibus audisset. Darius hominem quamcelerrime arcessi ad se jubet. Ille, ut inter servos Oroetis fuit inventus, ubi pro neglecto habebatur, in medium adductus est, sicut erat trahens compedes ac pannosus.

130. In medio positum Darius interrogavit numquid eam nosset artem. Democedes non promittere, veritus ne si se proderet, usquequaque Graeciâ privaretur, sed tamen visus fuit Dario notitiam artis perite didicisse; unde jussit eos qui hominem duxerant, verbera et stimulos afferre in medium. Tunc ille dissimulatione missa, se plane quidem scire artem illam negavit, sed aliquantulum, ob eam consuetudinem quam cum medico

καὶ βιώμενοι τὸν πόδα, κακὸν μέζον ἐργάζοντο· ἐπ' ἑπτὰ μὲν δὴ ἡμέρας καὶ ἑπτὰ νύκτας ὑπὸ τοῦ παρεόντος κακοῦ ὁ Δαρεῖος ἀγρυπνίῃσι εἴχετο· τῇ δὲ δὴ ὀγδόῃ ἡμέρῃ ἔχοντί οἱ φλαύρως, παρακούσας τις πρότερον ἔτι ἐν Σάρδισι τοῦ Κροτωνιήτεω Δημοκήδεος τὴν τέχνην, ἀγγέλλει τῷ Δαρείῳ. ὁ δὲ ἄγειν μιν τὴν ταχίστην παρ' ἑωυτὸν ἐκέλευσε. τὸν δὲ ὡς ἐξεῦρον ἐν τοῖσι Οροίτεω ἀνδραπόδοισι ὅκου δὴ ἀπημελημένον [c], παρῆγον ἐς μέσον, πέδας τε ἕλκοντα, καὶ ῥάκεσι ἐσθημένον.

ρλ'. Σταθέντα δὲ ἐς μέσον, ἠρώτα ὁ Δαρεῖος τὴν τέχνην εἰ ἐπίσταιτο. ὁ δ' οὐκ ὑπεδέκετο, ἀρρωδέων μὴ ἑωϋτὸν ἐκφήνας, τοπαράπαν τῆς Ἑλλάδος ᾖ ἀπεστερημένος. κατεφάνη τε τῷ Δαρείῳ τεχνάζειν ἐπιστάμενος· καὶ τοὺς ἀγαγόντας αὐτὸν, ἐκέλευσε μάστιγάς τε καὶ κέντρα παραφέρειν ἐς τὸ μέσον. ὁ δὲ ἐνθαῦτα δὴ ὦν ἐκφαίνει, φὰς, ἀτρεκέως μὲν οὐκ ἐπίστασθαι,

c ὄκου δήκοτε ἀπημελημένον.

ὁμιλήσας δὲ ἰητρῷ, φλαύρως ἔχειν τὴν τέχνην. μετὰ δὲ, ὥς οἱ ἐπέτρεψε, Ἑλληνικοῖσι ἰήμασι χρεώμενος, καὶ ἠπιάματα τὰ ἰσχυρὰ προσάγων, ὕπνου τέ μιν λαγχάνειν ἐποίεε, καὶ ἐν χρόνῳ ὀλίγῳ ὑγιέα μιν ἐόντα ἀπέδεξε, οὐδαμὰ ἔτι ἐλπίζοντα ἀρτίπουν ἔσεσθαι. δωρέεται δέ μιν μετὰ ταῦτα ὁ Δαρεῖος πεδέων χρυσέων δύο ζεύγεα. ὁ δέ μιν ἐπείρετο, εἴ οἱ διπλήσιον τὸ κακὸν ἐπίτηδες νέμει, ὅτι μιν ὑγιέα ἐποίησε. ἡσθεὶς δὲ τῷ ἔπει ὁ Δαρεῖος, ἀποπέμπει μιν παρὰ τὰς ἑωϋτοῦ γυναῖκας. παράγοντες δὲ οἱ εὐνοῦχοι, ἔλεγον πρὸς τὰς γυναῖκας ὡς βασιλέϊ οὗτος εἴη ὃς τὴν ψυχήν οἱ ἀπέδωκε. ὑποτύπτουσα δὲ αὐτέων ἑκάστη, φιάλῃ τοῦ [a] χρυσοῦ σὺν θήκῃ ἐδωρέετο τὸν Δημοκήδεα· οὕτω δή τι δαψιλέϊ δωρεῇ, ὡς τοὺς ἀποπίπτοντας ἀπὸ τῶν φιαλέων στατῆρας ἑπόμενος ὁ οἰκέτης τῷ οὔνομα ἦν Σκίτων, ἀνελέγετο, καί οἱ χρῆμα πολλόν τι χρυσοῦ συνελέχθη.

[a] φιάλην τοῦ.

habuiſſet. Factaque ei poteſtate curandi, Graecis medicamentis utens, et fomenta acria admovens, Darium compotem ſomni fecit, et brevi tempore incolumem reddidit, nequaquam amplius ſperantem ſibi integrum fore uſum pedum. Ob quam curationem poſtea quum eum Darius duobus aurearum compedum paribus donaſſet, interrogavit Democedes numquid ideo ſe duplici malo ex induſtria mactaret, quod ipſum ſoſpitem feciſſet. Hoc dicto Darius delectatus, ad ſuas uxores hominem miſit. Eunuchi vero qui eum deduxerunt ad feminas, dicebant hunc eſſe qui reſtituiſſet animam regi. tunc earum unaquaeque ſubverberans auri phialam cum theca Democedi donavit tam amplo munere, ut famulus nomine Sciton qui ſequebatur, excidentes ex phialis ſtateres colligens, prorſus grandem auri ſummam coëgerit.

131. Hic Democedes hunc in modum e Crotone profectus cum Polycrate consuetudinem habuit. In Crotone continebatur ab patre, sane difficili; quem cum gravaretur, eo relicto abiit in Aeginam: ubi commoratus, primo anno superavit primos medicos etsi imparatus, et nihil instrumentorum habens quae ad artem medicinae pertinerent. Ex quo factum est, ut insequenti anno Aeginetae publice conduxerint eum talento, Athenienses tertio anno centum minis, Polycrates quarto anno talentis duobus. ita Samum profectus est. A quo viro non minimum medici Crotoniatae inclaruerunt. Tunc enim id factum est, quando primi quidem Crotoniatae medici celebrarentur per Graeciam, secundi Cyrenaei. Qua etiam tempestate Argivi ceteris Graecis praestare musica ferebantur.

ρλα΄. Ὁ δὲ Δημοκήδης οὗτος, ἐκ Κρότωνος ἀπιγμένος, Πολυκράτεϊ ὡμίλησε πατρὶ, ὃς [b] συνείχετο ἐν τῇ Κρότωνι, ὀργὴν χαλεπῷ. τοῦτον ἐπεί τε οὐκ ἐδύνατο φέρειν, ἀπολιπὼν, οἴχετο ἐς Αἴγιναν. καταστὰς δὲ ἐς ταύτην, τῷ πρώτῳ ἔτεϊ ὑπερεβάλετο τοὺς πρώτους ἰητροὺς, ἀσκευής περ ἐὼν, καὶ ἔχων οὐδὲν τῶν ὅσα περὶ τὴν τέχνην ἐστὶ ἐργαλήϊα· καί μιν δευτέρῳ ἔτεϊ ταλάντου Αἰγινῆται δημοσίῃ μισθεῦνται· τρίτῳ δὲ ἔτεϊ Ἀθηναῖοι, ἑκατὸν μνέων· τετάρτῳ δὲ ἔτεϊ Πολυκράτης δυῶν ταλάντων [c]. οὕτω μὲν ἀπίκετο ἐς τὴν Σάμον. καὶ ἀπὸ τούτου τοῦ ἀνδρὸς οὐκ ἥκιστα Κροτωνιῆται ἰητροὶ εὐδοκίμησαν· ἐγένετο γὰρ ὦν τοῦτο ὅτε πρῶτοι μὲν Κροτωνιῆται ἰητροὶ ἐλέγοντο ἀνὰ τὴν Ἑλλάδα εἶναι, δεύτεροι δὲ, Κυρηναῖοι. κατὰ τὸν αὐτὸν δὲ χρόνον [d] καὶ Ἀργεῖοι ἤκουον μουσικὴν εἶναι Ἑλλήνων πρῶτοι.

b vocula ista ὃς non exstat in MS. prout nec videtur agnovisse Valla. c δυοῖν ταλάντοιν. d αὐτὸν δὲ τοῦτον χρόνον.

ρλϐ΄. Τότε δὴ ὁ Δημοκήδης ἐν τοῖσι Σούσοισι ἐξιησάμενος Δαρεῖον, οἶκόν τε μέγιστον εἶχε, καὶ ὁμοτράπεζος βασιλέϊ ἐγεγόνεε· πλήν τε ἑνὸς τοῦ ἐς Ἕλληνας ἀπιέναι, πάντα τἄλλά οἱ παρῆν. καὶ τοῦτο μὲν, τοὺς Αἰγυπτίους ἰητροὺς, οἳ βασιλέα πρότερον ἰῶντο, μέλλοντας ἀνασκολοπιεῖσθαι, διότι ὑπὸ Ἕλληνος ἰητροῦ ἑσσώθησαν, τούτους, βασιλέα παραιτησάμενος, ἐῤῥύσατο· τοῦτο δὲ, μάντιν Ἠλεῖον Πολυκράτεϊ ἐπισπώμενον, καὶ ἀπημελημένον ἐν τοῖσι ἀνδραπόδοισι, ἐῤῥύσατο. ἦν δὲ μέγιστον πρῆγμα Δημοκήδης παρὰ τῷ βασιλέϊ.

ρλγ΄. Ἐν χρόνῳ δὲ ὀλίγῳ μετὰ ταῦτα, τάδε ἄλλα συνήνεικε γενέσθαι· Ἀτόσσῃ τῇ Κύρου μὲν θυγατρὶ, Δαρείου δὲ γυναικὶ, ἐπὶ τοῦ μαστοῦ ἔφυ φῦμα· μετὰ δὲ, ἐκραγὲν, ἐνέμετο πρόσω. ὅσον μὲν δὴ χρόνον ἦν ἔλασσον, ἡ δὲ, κρύπτουσα καὶ αἰσχυνομένη, ἔφραζε οὐδενί· ἐπεί τε δὲ ἐν κακῷ

132. Tunc itaque Democedes Dario ſanato Suſis maximas aedes obtinebat, et cum rege menſam communem habebat, omnibus rebus affluens, praeter hanc unam quod in Graeciam redire non poterat. Quinetiam Aegyptios medicos regem antea curare ſolitos, quum eſſent patibulis ſuffigendi, quod a Graeco medico ſuperati forent, impetrata ab rege venia liberavit: item vaticinum quendam Eleum, qui Polycratem ſequutus fuerat et inter mancipia pro neglecto relictus. Denique maximi apud regem momenti Democedes erat.

133. Interjecto deinde brevi tempore, inter alia contigit, ut Atoſſae Cyri filiae (quae erat Darii uxor) in mamilla ulcus exoriretur, deinde diruptum porro ſerperet; quod iſta, quoad fuit exiguum, prae pudore occultans, nemini indicavit: ſed ubi male jam ſe habebat, arceſſito Demo-

cedi rem ostendit. Ille se redditurum sanam affirmans, jurejurando adigit eam ut sibi vicissim ipsa inserviat in eo quod oraverit; oraturum autem nihil unde dedecus redundaret.

134. A quo posteaquam medicis remediis curata est, edocta ab eodem, Darium, dum cum eo cubat, his verbis alloquuta est, ' O rex, quum tantum tu habeas copiarum, desides, nullam neque ' gentem neque potentiam Persis acquirens. atqui par est virum et juvenem et ' magnarum opum dominum, aliquid operis edendo se ostendere, quo etiam ' Persae cognoscant sibi virum praeesse. ' Quod ut facias, duabus de caussis interest, ut Persae et eum qui ipsis praeest, ' virum esse intelligant, et bello atterantur: ne otium agentes tibi insidias tendant. Nunc ergo aliquod opus edas quoad in aetate juvenili es. nam augescente

ἦν, μετεπέμψατο τὸν Δημοκήδεα, καί οἱ ἐπέδειξε· ὁ δὲ, φὰς ὑγιέα ποιήσειν, ἐξορκοῖ [a] μιν, ἦ μήν οἱ ἀντυπεργήσειν ἐκείνην τοῦτο τὸ ἂν αὐτῆς δεηθῇ· δεήσεσθαι δὲ οὐδενὸς τῶν ὅσα ἐς αἰσχύνην [b] ἐστὶ φέροντα.

ρλδ΄. Ὡς δὲ ἄρα μιν μετὰ ταῦτα ἰώμενος ὑγιέα ἀπεδέξατο, ἐνθαῦτα δὴ διδαχθεῖσα ὑπὸ τοῦ Δημοκήδεος ἡ Ατοσσα, προσέφερε ἐν τῇ κοίτῃ Δαρείῳ λόγον τοιόνδε, ‘ Ὦ βασιλεῦ, ἔχων δύναμιν τοσαύ‘την κάτησαι, οὔτέ τι ἔθνος προσκτώμε‘νος, οὔτε δύναμιν Πέρσῃσι. εἰκὸς δέ ἐστι ‘ἄνδρα, καὶ νέον, καὶ χρημάτων δεσπότην ‘μεγάλων, φαίνεσθαί τι ἀποδεικνύμενον, ‘ἵνα καὶ Πέρσαι ἐκμάθωσι ὅτι ὑπ' ἀνδρὸς ‘ἄρχονται. ἐπ' ἀμφότερα δέ τοι φέρει ‘ταῦτα ποιέειν, καὶ ἵνα σφέων Πέρσαι ἐ‘πιστέωνται ἄνδρα εἶναι τὸν προεστεῶτα, ‘καὶ ἵνα τρίβωνται πολέμῳ, μηδὲ σχολὴν ‘ἄγοντες, ἐπιβουλεύωσί τοι. νῦν γὰρ ἄν τι ‘καὶ ἀποδέξαιο ἔργον, ἕως νέος εἶς ἡλικί-

[a] ἐξορκῶ. [b] ὅσα αἰσχύνην.

‘ ην. αὐξανομένῳ γὰρ τῷ σώματι συναύ-
‘ ξονται καὶ αἱ φρένες, γηράσκοντι δὲ συγ-
‘ γηράσκουσι, καὶ ἐς τὰ πρήγματα πάντα
‘ ἀπαμβλύνονται.’ ἡ μὲν δὴ ταῦτα ἐκ δι-
δαχῆς ἔλεγε· ὁ δ’ ἀμείβεται τοῖσδε, ‘ Ὦ
‘ γύναι, πάντα ὅσα περ αὐτὸς ἐπινοέω
‘ ποιήσειν, εἴρηκας. ἐγὼ γὰρ βεβούλευμαι
‘ ζεῦξαι γέφυραν· ἐκ δὲ τῆς ἠπείρου ἐς τὴν
‘ ἑτέρην ἤπειρον ἐπὶ Σκύθας στρατεύεσθαι.
‘ καὶ ταῦτα ὀλίγου χρόνου ἔσται τελεύμε-
‘ να.’ λέγει Ατοσσα [c] τάδε, ‘ Ὅρα νυν,
‘ ἐς Σκύθας [d] μὲν τὴν πρώτην ἰέναι ἔα-
‘ σον (οὗτοι γὰρ, ἐπεὰν σὺ βούλῃ, ἔσον-
‘ ταί τοι) σὺ δέ μοι ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα
‘ στρατεύεσθαι. ἐπιθυμέω γὰρ, λόγῳ πυν-
‘ θανομένη, Λακαίνας τέ μοι γενέσθαι θε-
‘ ραπαίνας καὶ Ἀργείας καὶ Ἀττικὰς καὶ Κο-
‘ ρινθίας. ἔχεις δὲ ἄνδρα ἐπιτηδεώτατον
‘ ἀνδρῶν πάντων δέξαι τε ἕκαστα τῆς Ἑλ-
‘ λάδος καὶ κατηγήσασθαι, τοῦτον ὅς σευ
‘ τὸν πόδα ἐξιήσατο.’ ἀμείβεται Δαρεῖος,

[c] λέγει δὲ Ατοσσα. [d] ὅρα νυν, ἐπὶ Σκύθας.

'corpore ingenium quoque pariter augescit, et consenescente consenescit, et ad 'res omnes hebetatur.' Haec Atossa ex admonitu Democedis. Ad quam Darius respondens, 'Quae, inquit, uxor, ipse facere destinaveram, ea omnia dixisti. ego 'enim constitui Scythis bellum inferre, 'juncto mari e nostra continente in alteram ponte: et haec brevi tempore perficientur.' ad eum Atossa, 'Animadverte, inquit, nunc; omitte primum Scythis 'bellum inferre, qui, quandocunque voles, tui erunt: adversus Graeciam mihi 'tu eas in expeditionem. concupisco enim Lacaenas et Argivas et Atticas et 'Corinthias, fando cognitas, mihi fieri 'ancillas. Et ad hoc virum habes ex omnibus maxime idoneum ad demonstrandas Graeciae res atque exponendas, hunc 'qui pedem tuum sanavit.' Cui Darius,

'Quandoquidem, inquit, uxor, tibi videtur nos primum Graeciam tentare debere, mihi videtur ſatius ante omnia mittere illuc exploratores Perſas, una cum iſto quem dicis, qui percepta omnia illic et viſa renuncient: et mox ego ab illis edoctus, adverſus Graecos tendam.'

135. Haec loquutus Darius, et quod fuit loquutus, re quoque aggreſſus eſt. namque ubi primum illuxit, accitis quindecim viris Perſarum ſpectatis, praecepit ut ſequentes Democedem omnia Graeciae maritima loca colluſtrarent, neve committerent ut Democedes ab illis aufugeret, ſed rurſus eum omnino reducerent. Haec illis ubi praecepit, ſecundo loco Democedem ipſum arceſſitum orat, ut peragrata atque monſtrata Perſis omni Graecia, rurſus redeat: jubetque eum dona ferre patri ac fratribus omnia ſua inſtru-

‘ Ω γύναι, ἐπεὶ τοίνυν τοι δοκέει τῆς
‘ Ἑλλάδος ἡμέας πρῶτα ἀποπειρᾶσθαι,
‘ κατασκόπους μοι δοκέει Περσέων πρῶ-
‘ τον ἄμεινον εἶναι ὁμοῦ τούτῳ τῷ σὺ λέ-
‘ γεις, πέμψαι ἐς αὐτούς· οἳ μαθόντες καὶ
‘ ἰδόντες ἕκαστα αὐτῶν, ἐξαγγελέουσι ἡμῖν.
‘ καὶ ἔπειτα ἐξεπιστάμενος, ἐπ᾽ αὐτοὺς
‘ τρέψομαι.’

ρλε΄. Ταῦτα εἶπε. καὶ ἅματ᾽ ἔπος ἔφα, καὶ [a] ἔργον ἐποίεε. ἐπεί τε γὰρ τάχιστα ἡμέρη ἐπέλαμψε, καλέσας Περσέων ἄνδρας δοκίμους πεντεκαίδεκα, ἐνετέλλετό σφι, ἑπομένους Δημοκήδεϊ, διεξελθεῖν τὰ παραθαλάσσια τῆς Ἑλλάδος· ὅκως τε μὴ διαδρήσηταί σφεας ὁ Δημοκήδης, ἀλλά μιν πάντως ὀπίσω ἀπάξωσι. ἐντειλάμενος δὲ τούτοισι ταῦτα, δεύτερα καλέσας αὐτὸν Δημοκήδεα, ἐδέετο αὐτοῦ ὅκως ἐξηγησάμενος πᾶσαν καὶ ἐπιδέξας τὴν Ἑλλάδα τοῖσι Πέρσῃσι, ὀπίσω ἥξει. δῶρα δέ μιν τῷ πατρὶ καὶ τοῖσι ἀδελφεοῖσι ἐκέλευε

[a] ἅμα ἔπος τ᾽ εἶπε καὶ.

πάντα τὰ ἐκείνου ἔπιπλα λαβόντα ἄγειν, φὰς ἄλλα οἱ πολληπλήσια ἀντιδώσειν. πρὸς δὲ, ἐς τὰ δῶρα, ὁλκάδα οἱ ἔφη συμβαλλέεσθαι, πλήσας ἀγαθῶν παντοίων, τὴν ἅμα οἱ πλεύσεσθαι. Δαρεῖος μὲν δὴ, δοκέειν ἐμοὶ, ἀπ' οὐδενὸς δολεροῦ νόου ἐπαγγέλλετό οἱ ταῦτα. Δημοκήδης δὲ, δείσας μὴ εὖ ἐκπειρῷτο Δαρεῖος, οὔτι ἐπιδραμὼν πάντων [b], τὰ διδόμενα ἐδέκετο. ἀλλὰ τὰ μὲν ἑωϋτοῦ, κατὰ χώρην ἔφη καταλείψειν, ἵνα ὀπίσω σφέα ἀπελθὼν ἔχοι· τὴν μέν τοι ὁλκάδα, τήν οἱ Δαρεῖος ἐπαγγέλλετο ἐς τὴν δωρεὴν τοῖσι ἀδελφεοῖσι, δέκεσθαι ἔφη. ἐντειλάμενος δὲ καὶ τούτῳ ταῦτα ὁ Δαρεῖος, ἀποστέλλει αὐτοὺς ἐπὶ θάλασσαν.

ρλϛʹ. Καταβάντες δ' οὗτοι ἐς Φοινίκην, καὶ Φοινίκης ἐς Σιδῶνα πόλιν, αὐτίκα μὲν τριήρεας δύο ἐπλήρωσαν, ἅμα δὲ αὐτῇσι [c] καὶ γαυλὸν μέγαν, παντοίων ἀγαθῶν. παρεσκευασμένοι δὲ πάντα, ἔπλεον ἐς τὴν

[b] πάντως. [c] ἅμα δὲ αὐτοῖσι.

menta, quae ſecum ſumeret, affirmans ſe alia multo copioſiora illi in vicem donaturum. ac praeter ea conferre illi ait ad dona vehenda onerariam navim, omnigenis bonis refertam, quae cum eo eſſet navigatura. Quae Darius nullo doloſo conſilio (ut mea fert opinio) promittebat: ille tamen veritus ne ſe Darius tentaret, nihil omnium offendens oblata ſibi accepit: ſed ſua quidem ſe illic velle ait relinquere, ut ea reverſus haberet: verum navim onerariam quam ſibi Darius promitteret ad donationem fratribus, accipere reſpondit. Darius poſtquam haec etiam Democedi praecepit, homines ad mare demiſit.

136. Iſti, quum in Phoenicen deſcendiſſent, et Phoenices urbem Sidonem, confeſtim duas triremes nautis impleverunt, et ſimul ingentem onerariam omnigenis bonis; comparatiſque omnibus in

Graeciam trajiciunt. et quum appulissent adeuntes maritima ejus loca intuebantur atque describebant. Donec pleraque ac celeberrima Graeciae loca contemplati, in Italiam Tarentum transmiserunt. Ibi Aristophilides Tarentinorum rex, et ipse Crotoniensis, gubernacula Medicarum navium resolvit, pariter et ipsos Persas detinuit, tanquam certos exploratores. Interea dum isti patiuntur haec, Democedes Crotonem abiit. Quo digresso et jam reverso ad domum suam Aristophilides Persas missos fecit, restitutis iis quae de navibus abstulisset.

137. Illinc Persae navigantes, ac Democedem persequentes, Crotonem perveniunt: nactique in foro Democedem prehendunt. Eum Crotoniatarum quidam, res Persicas reformidantes, tradere parati erant: quidam injectis e diverso

Ἑλλάδα. προσίσχοντες δὲ αὐτῆς τὰ [d] παραθαλάσσια ἐθηεῦντο, καὶ ἀπεγράφοντο. ἐς ὃ, τὰ πολλὰ αὐτῆς κ̀ ὀνομαστὰ θεησάμενοι, ἀπίκοντο τῆς Ἰταλίης ἐς Τάραντα. ἐνθαῦτα δὲ ἐκ Κρηστώνης τῆς Δημοκήδεος, Ἀριστοφιλίδης τῶν Ταραντίνων ὁ βασιλεὺς, τοῦτο μὲν, τὰ πηδάλια παρέλυσε τῶν Μηδικέων νεῶν, τοῦτο δὲ, αὐτοὺς τοὺς Πέρσας ἔρξε, ὡς κατασκόπους δῆθεν ἐόντας. ἐν ᾧ δὲ οὗτοι ταῦτα ἔπασχον, ὁ Δημοκήδης ἐς τὴν Κρότωνα ἀπικνέεται. ἀπιγμένου δὲ ἤδη τούτου ἐς τὴν ἑωϋτοῦ, ὁ Ἀριστοφιλίδης ἔλυσε τοὺς Πέρσας, καὶ τὰ παρέλαβε τῶν νεῶν, ἀπέδωκέ σφι.

ρλζ. Πλέοντες δὲ ἐνθεῦτεν οἱ Πέρσαι, κ̀ διώκοντες Δημοκήδεα, ἀπικνέονται ἐς τὴν Κρότωνα. εὑρόντες δέ μιν ἀγοράζοντα, ἅπτοντο αὐτοῦ. τῶν δὲ Κροτωνιητέων οἱ μέν, καταῤῥωδέοντες τὰ Περσικὰ πρήγματα, προϊέναι ἑτοῖμοι ἔσαν· οἱ δὲ ἀντάπτοντό τε καὶ τοῖσι [e] σκυτάλοισι ἔπαιον

[d] αὐτῇ, τά. [e] τῇσι σκυτάλῃσι.

τοὺς Πέρσας, προϊσχομένους ἔπεα τάδε, ‘ Ἄνδρες Κροτωνιῆται, ὁρᾶτε τὰ ποιέετε· ‘ ἄνδρα βασιλῆος δρηπέτην γενόμενον ἐξαι-‘ ρέεσθε; κῶς ταῦτα βασιλέϊ Δαρείῳ ἐκ-‘ χρήσει περιϋβρίσθαι [b]; κῶς δὲ ὑμῖν τὰ ‘ ποιεύμενα ἕξει καλῶς, ἢν ἀπέλησθε ἡ-‘ μέας; ἐπὶ τίνα δὲ τῆσδε [c] προτέρην στρα-‘ τευσόμεθα πόλιν; τίνα δὲ προτέρην ἀν-‘ δραποδίζεσθαι πειρησόμεθα;’ ταῦτα λέγοντες [d], τοὺς Κροτωνιήτας οὔκων ἔπειθον· ἀλλ’ ἐξαιρεθέντες τε τὸν Δημοκήδεα, καὶ τὸν γαυλὸν τὸν ἅμα ἤγοντο [e] ἀπαιρεθέντες, ἀπέπλεον ὀπίσω ἐς τὴν Ἀσίην, οὐδέτι ἐζήτησαν τὸ προσωτέρω τῆς Ἑλλάδος ἀπικόμενοι ἐκμαθεῖν, ἐστερημένοι τοῦ ἡγεμόνος. τοσόνδε μέντοι ἐνετείλατό σφι Δημοκήδης, ἀναγομένοισι κελεύων εἰπεῖν Δαρείῳ σφέας, ὅτι ἅρμοσται τὴν Μίλωνος θυγατέρα Δημοκήδης γυναῖκα. τοῦ γὰρ δὴ παλαιστέω Μίλωνος ἦν οὔνομα πολλὸν παρὰ βασιλέϊ. κατὰ δὴ τοῦτό μοι δοκέει σπεῦσαι

[b] περιϋβρίζεσθαι. [c] ταύτης. [d] ταῦτα δὲ λέγοντες. [e] ἄγοντο.

manibus, fuſtibus caedebant Perſas, haec verba proferentes; ' Viri Crotoniatae, ' conſiderate quid faciatis, qui hominem ' regis fugitivum eripitis. An ex uſu erit ' vobis hanc injuriam regi Dario intuliſ- ' ſe, ac vobis bene cedet iſta feciſſe, ſi nos ' ſpoliaveritis? cui enim prius quam huic ' urbi bellum inferemus? aut quam pri- ' orem diripere conabimur?' Haec dicendo Crotoniatis plane non perſuaſerunt. quinimo non modo Democede, ſed etiam oneraria navi quam una duxerant, privati ſunt; atque in Aſiam reverſi, omiſſo jam ſtudio diſcendi ulteriora Graeciae, quod duce eſſent fraudati. Quibus tamen in digreſſu Democedes mandavit ut Dario dicerent, Democedem duxiſſe uxorem Milonis filiam. erat enim apud regem celebre nomen Milonis luctatoris. Quas nuptias videtur mihi eo tempore

properasse magna erogata pecunia, ut ipsum etiam in patria sua spectatum esse Dario appareret.

138. Profecti Crotone Persae, ad Iapygiam navibus suis cursu excidentes venerunt: a quibus in servitutem redactos Gillus quidam Tarentinus exul redemit, et ad regem Darium reportavit. Ob quod meritum quum rex paratus esset donare ei quicquid vellet, optavit se in patriam reduci, exposita prius sua calamitate; sed ne omnem Graeciam conturbaret, si classis ingens ipsius caussa in Italiam mitteretur, ajebat solos Cnidios pares fore ad ipsum reducendum: existimans, pro amicitia quae Cnidiis erat cum Tarentinis, sibi praecipue reditum paratum iri. Id Darius pollicitus effecit. nam misso Cnidum nuncio jussit ut Gillum Tarentum reducerent. Cnidii Dario obsequentes, id

τὸν γάμον τοῦτον, τελέσας χρήματα μεγάλα Δημοκήδης, ἵνα φανῇ πρὸς Δαρεῖυ ἐὼν κ̀ ἐν τῇ ἑωϋτȣ̃ δόκιμος.

ρλή. Αναχθέντες δὲ ἐκ τῆς Κρότωνος οἱ Πέρσαι, ἐκπίπτουσι [f] τῇσι νηυσὶ ἐς Ιηπυγίην. καί σφεας δουλεύοντας ἐνθαῦτα, Γίλλος ἀνὴρ Ταραντῖνος ῥυσάμενος, ἀπήγαγε παρὰ βασιλέα Δαρεῖον. ὃ δὲ ἀντὶ τȣ́των ἑτοῖμος ἦν διδόναι τȣ́τῳ ὅ, τι βούλοιτο αὐτός· Γίλλος δὲ αἱρέεται κάτοδόν οἱ ἐς Τάραντα γενέσθαι, προαπηγησάμενος τὴν συμφορήν. ἵνα δὲ μὴ συνταράξῃ τὴν Ἑλλάδα, ἢν δι' αὐτῶν στόλος μέγας πλέῃ ἐπὶ τὴν Ιταλίην, Κνιδίους μόνους ἀποχρᾶν οἱ ἔφη τȣ̀ς κατάγοντας γίνεσθαι· δοκέων ἀπὸ τȣ́των ἐόντων τοῖσι Ταραντίνοισι φίλων μάλιστα τὴν κάτοδόν οἱ ἔσεσθαι. Δαρεῖος δὲ ὑποδεξάμενος ἐπετέλεε. πέμψας γὰρ ἄγγελον ἐς Κνίδον, κατάγειν σφέας ἐκέλευε Γίλλον ἐς Τάραντα. πειθόμενοι δὲ Δαρείῳ Κνίδιοι

[f] ἱμπίπτουσι.

Ταραντίνους οὐκ ὦν ἔπειθον, βίην δὲ ἀδύνατοι ἦσαν προσφέρειν. ταῦτα μέν νυν οὕτω ἐπρήχθη. οὗτοι δὲ πρῶτοι ἐς τὴν Ἑλλάδα ἐκ τῆς Ἀσίης ἀπίκοντο Πέρσαι, καὶ οὗτοι διὰ τοιόνδε πρῆγμα κατάσκοποι ἐγένοντο.

ρλθ΄. Μετὰ δὲ ταῦτα, Σάμον βασιλεὺς Δαρεῖος αἱρέει, πολίων πασέων πρώτην Ἑλληνίδων καὶ βαρβάρων, διὰ τοιήνδε τινὰ αἰτίην· Καμβύσεω τοῦ Κύρου στρατευομένου ἐπ' Αἴγυπτον, ἄλλοι τε συχνοὶ ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀπίκοντο Ἑλλήνων, οἱ μὲν, ὡς εἰκὸς, κατ' ἐμπορίην στρατευόμενοι, οἱ δέ τινες, καὶ αὐτῆς τῆς χώρης θεηταί, τῶν ἦν καὶ Συλοσῶν ὁ Αἰάκεος [a], Πολυκράτεός τε ἐὼν ἀδελφεὸς, καὶ φεύγων ἐκ Σάμου. τοῦτον τὸν Συλοσῶντα κατέλαβε εὐτυχίη τοιήδέ τις· λαβὼν χλανίδα καὶ περιβαλόμενος πυῤῥὴν ἠγόραζε ἐν τῇ Μέμφι· ἰδὼν δὲ αὐτὸν Δαρεῖος, δορυφόρος τε ἐὼν Καμβύσεω, καὶ λόγου οὐδενός κω μεγάλου, ἐπεθύ-

[a] Αἰακαῖος.

tamen a Tarentinis non impetraverunt: nam ad vim inferendam invalidi erant. Atque haec hunc in modum administrata sunt. hique Persae primi extitere, qui ex Asia in Graeciam trajecerunt explorandi gratia, et ob hanc rem.

139. SAMUM vero post haec rex Darius omnium urbium tam Graecarum quam barbararum primam, evertit, ob hanc caussam: Dum Cambyses in expeditione adversus Aegyptum ageret, permulti se illuc Graecorum conferebant, partim (ut credibile est) negotiandi, partim militandi, partim ipsius regionis spectandae gratia. E quibus fuit Syloson Aeacis filius, Polycratis germanus, extorris patria. Huic Sylosonti felicitas hujusmodi contigit: sumpto hic amiculo rutilo ac sibi circumdato, in foro Mempheos spatiabatur. Quem quum vidisset Darius Cambysis satelles, nullius etiamnum auctorita-

tis vir, captus desiderio amiculi, adit hominem ut mercetur amiculum. Sylofon, animadvertens Darium magnopere amiculum cupere, divina fortuna ufus, 'Ego, 'inquit, amiculum hoc nulla pecunia ven-'do, fed largior, praefertim fi modo fic 'debet effe.' Haec penitus approbans Darius, accipit indumentum.

140. Sylofon, qui putarat fibi illud ftulte periffe, interjecto tempore, quum Cambyfes deceffiffet, et feptem illi magum oppreffiffent, et ex feptem illis Darius regnum adeptus effet, ubi certior factus eft ad eum virum perveniffe regnum, cui ipfe roganti dediffet in Aegypto illud amiculum, Sufa afcendit, fedenfque ad antefores regiae ait, fe eum effe qui de Dario fit bene meritus. haec audiens janitor, regi nunciavit: et admirabundus rex, fecum; 'Et quis, inquit, Graecorum eft

μησε [b] τῆς χλανίδος, καὶ αὐτὴν ...σελ-
θὼν ὠνέετο. ὁ δὲ Συλοσῶν ὁρέων Δα-
ρεῖον μεγάλως ἐπιθυμέοντα τῆς χλανίδος,
θείῃ τύχῃ χρεώμενος, λέγει, 'Ἐγὼ ταύ-
'την πωλέω μὲν ὐδενὸς χρήματος· δίδωμι
'δὲ ἄλλως, εἴ περ οὕτω δεῖ γενέσθαι.'
πάντως τοι αἰνέσας ταῦτα ὁ Δαρεῖος, πα-
ραλαμβάνει τὸ εἷμα.

ρμ'. Ὁ μὲν δὴ Συλοσῶν [c] ἠπίστατό οἱ
τῦτο ἀπολωλέναι δι' εὐηθείην· ὡς δὲ τοῦ
χρόνου προβαίνοντος Καμβύσης τε ἀπέ-
θανε, καὶ τῷ μάγῳ ἐπανέστησαν οἱ ἑπτὰ
καὶ ἐκ τῶν ἑπτὰ Δαρεῖος τὴν βασιληίην
ἔσχε, πυνθάνεται ὁ Συλοσῶν ὡς ἡ βασι-
ληίη περιελήλυθοι ἐς τοῦτον [d] τὸν ἄνδρα
τῷ κοτε αὐτὸς ἔδωκε ἐν Αἰγύπτῳ δεηθέντι
τὸ εἷμα. ἀναβὰς δὲ ἐς τὰ Σῦσα, ἵζετο ἐς
τὰ πρόθυρα τῶν βασιλῆος οἰκίων, καὶ ἔφη
Δαρείυ εὐεργέτης εἶναι. ἀγγέλλει [e] ταῦ-
τα ἀκύσας ὁ πυλυρὸς τῷ βασιλέϊ· ὁ δὲ,
θωϋμάσας λέγε... πρὸς ἑωϋτὸν, 'Καὶ τίς

MS. [b] ...ωνησε. [c] ὁ ... [d] ἐς τῦτον. [e] ἀναγγέλλει.

‘ ἐστι Ἑλλήνων εὐεργέτης, ὃν ἐγὼ προαι-
‘ δεῦμαι, νεωστὶ μὲν τὴν ἀρχὴν ἔχων; ἀ-
‘ ναβέβηκε δ' ἤ τις [f] ἢ οὐδείς κω παρ' ἡμέ-
‘ ας αὐτῶν. ἔχω δὲ χρέος εἰπεῖν οὐδὲν [g]
‘ ἀνδρὸς Ἕλληνος. ὅμως δὲ αὐτὸν παρά-
‘ γετε ἔσω, ἵνα εἰδέω τί θέλων λέγει ταῦ-
‘ τα.’ παρῆγε ὁ πυλουρὸς τὸν Συλοσῶντα. στάντα δὲ ἐς μέσον ἠρώτευν οἱ ἑρμηνέες τίς τε εἴη, καὶ τί ποιήσας, εὐεργέτης φησὶ εἶναι βασιλῆος. εἶπε ὦν ὁ Συλοσῶν πάντα τὰ περὶ τὴν χλανίδα γενόμενα, καὶ ὡς αὐτὸς εἴη κεῖνος ὁ δούς. ἀμείβεται πρὸς ταῦτα Δαρεῖος, ‘ Ὦ γενναιότατ' ἀνδρῶν,
‘ σὺ κεῖνος εἶ, ὃς ἐμοὶ οὐδεμίην ἔχοντί κω
‘ δύναμιν ἔδωκας; εἰ καὶ σμικρά, ἀλλ' ὦν
‘ ἴση γε ἡ χάρις ὁμοίως ὡς εἰ νῦν κοθέν τι
‘ μέγα λάβοιμι. ἀνθ' ὧν τοι χρυσὸν καὶ
‘ ἄργυρον ἄπλετον δίδωμι, ὡς μή κοτέ τοι
‘ μεταμελήσῃ Δαρεῖον τὸν Ὑστάσπεος εὖ
‘ ποιήσαντι.’ λέγει πρὸς ταῦτα ὁ Συλοσῶν, ‘ Ἐμοὶ μήτε χρυσὸν ὦ βασιλεῦ μή-

[f] ἀναβέβηκε δέ τις. [g] ἔχω δὲ χρέος, ὡς εἰπεῖν, οὐδέν.

'beneficus, cui ego reverentiam ante de-'beam, recens regno potitus? Etiamnum 'aut aliquis aut nullus eorum ad nos a-'ſcendit: nec ullius Graeci viri mutuum 'dicere habeo. tamen hominem introdu-'cite, ut ſciam quid haec dicendo velit 'ſibi.' Ubi a janitore introductus eſt Syloſon, ac ſtetit in medio, interrogatur ab interpretibus quiſnam eſſet, aut quo facto beneficus in regem extitiſſet. Ipſe rem omnem geſtam circa amiculum refert, ſeſeque illum eſſe qui id donaſſet. Ad haec reſpondens Darius, 'O, inquit, virorum 'generoſiſſime, tune ille es qui mihi nullamdum potentiam habenti donaſti ea, 'quamvis parva, tamen perinde grata, acſi 'nunc aliquid magnum acciperem? Quam 'ob rem immenſo te auro argentoque re-'muneror, ut nunquam poeniteat te libe-'ralem in Darium Hyſtaſpis filium exti-'tiſſe.' Ad quae Syloſon, 'Mihi, inquit,

'ô rex, neque aurum neque argentum de-
'deris, ſed patriam meam da Samum, ubi
'eam ſervaveris; quam nunc poſt necem
'fratris mei Polycratis ab Oroete inter-
'fecti, occupat ſervus noſter: hanc mihi
'donato citra caedem atque direptionem.'

141. His Darius auditis, miſit exercitum duce Otane uno e ſeptem viris, juſſo ut quae Syloſon rogaſſet, ea effecta redderet. Otanes ad mare deſcendens, contrahebat exercitum.

142. At Sami imperium obtinebat Maeandrius Maeandrii filius, acceptum a Polycrate, ut illud procuraret. Cui, juſtiſſimo virorum volenti eſſe, non licuit. nam ubi de Polycratis interitu allatus eſt nuncius, fecit iſta: ante omnia Jovi Liberatori ſtatuit aram, eique fanum in circuitu deſignavit, quod nunc quoque in ſuburbanis extat. Deinde ubi hoc perfe-

' τε ἄργυρον δίδου, ἀλλ' ἀνασωσάμενός μοι
' δὸς τὴν πατρίδα Σάμον· τὴν νῦν, ἀδελ-
' φεοῦ τοῦ ἐμοῦ Πολυκράτεος ἀποθανόντος
' ὑπὸ Ὀροίτεω, ἔχει δοῦλος ἡμέτερος·
' ταύτην μοι δὸς ἄνευ τε φόνου καὶ ἐξανδρα-
' ποδίσιος.'

ρμα'. Ταῦτα ἀκούσας Δαρεῖος, ἀπέστειλε στρατιήν τε καὶ στρατηγὸν Ὀτάνεα, ἀνδρῶν τῶν ἑπτὰ γενόμενον· ἐντειλάμενος ὅσων ἐδεήθη ὁ Συλοσῶν, ταῦτά οἱ ποιέειν ἐπιτελέα. καταβὰς δ' ἐπὶ τὴν θάλασσαν ὁ Ὀτάνης, ἔστελλε τὴν στρατιήν.

ρμβ'. Τῆς δὲ Σάμου Μαιάνδριος ὁ Μαιανδρίου εἶχε τὸ κράτος, ἐπιτροπέειν [a] παρὰ Πολυκράτεος λαβὼν τὴν ἀρχήν. τῷ δικαιοτάτῳ ἀνδρῶν βουλομένῳ γενέσθαι, οὐκ ἐξεγένετο· ἐπειδὴ γὰρ οἱ ἐξαγγέλθη ὁ Πολυκράτεος θάνατος, ἐποίεε τοιάδε· πρῶτα μὲν, Διὸς Ἐλευθερίου βωμὸν ἱδρύσατο, καὶ τέμενος περὶ αὐτὸν οὔρισε τοῦτο τὸ νῦν ἐν τῷ προαστηΐῳ ἐστί. μετὰ δὲ, ὡς οἱ ἐπε-

[a] ἐπιτροπεύων.

ποίηῖο, ἐκκλησίην συναγείρας πάνῖων τῶν ἀςῶν, ἔλεξε τάδε, ‘ Ἐμοὶ (ὡς ἴςε καὶ ὑ-
‘ μεῖς) σκῆπῖρον ϗ δύναμις πᾶσα ἡ Πο-
‘ λυκράτεος ἐπιτέτραπῖαι, καί μοι παρέ-
‘ χει νῦν ὑμέων ἄρχειν· ἐγὼ δὲ τὰ τῷ
‘ πέλας ἐπιπλήσσω, αὐτὸς κατὰ δύναμιν
‘ οὐ ποιήσω. οὔτε γάρ μοι Πολυκράτης
‘ ἤρεσκε δεσπόζων ἀνδρῶν ὁμοίων ἑωϋτῷ,
‘ ὔτε ἄλλος ὅςις τοιαῦτα ποιέει. Πολυ-
‘ κράτης μέν νυν ἐξέπλησε μοίρην τὴν ἑ-
‘ ωϋτοῦ· ἐγὼ δὲ ἐς μέσον τὴν ἀρχὴν τι-
‘ θεὶς ἰσονομίην ὑμῖν προαγορεύω. τοσάδε
‘ μέντοι δικαιῶ γέρεα ἐμεωϋτῷ γενέσθαι·
‘ ἐκ μέν γε τῶν Πολυκράτεος χρημά-
‘ των, ἐξαίρεῖα ἓξ τάλανῖά μοι γενέσθαι·
‘ ἱερωσύνην δὲ πρὸς τούτοισι αἱρεῦμαι αὐ-
‘ τῷ τ’ ἐμοὶ ϗ τοῖσι ἀπ’ ἐμεῦ αἰεὶ γινο-
‘ μένοισι, τȣ Διὸς τȣ Ἐλευθερίȣ· τῷ αὐ-
‘ τός τε ἱρὸν ἱδρυσάμην, καὶ τὴν ἐλευθε-
‘ ρίην ὑμῖν περιτίθημι.’ ὁ μὲν δὴ ταῦτα
τοῖσι Σαμίοισι ἐπαγγέλετο· τῶ δέ τις

cit, advocata omnium civium concione, ita verba fecit; ' Mihi ſceptrum atque omnis ' potentia Polycratis (ut vos etiam noſtis) ' demandata fuit; et mihi nunc ſuppedi- ' tat vobis dominari: ſed quae in propin- ' quo reprehendo, ipſe quoad potero non ' faciam. Nam neque Polycrates placebat ' mihi, in viros ſibi ipſi pares dominatum ' habens, neque alius quiſpiam talia faci- ' ens. Et Polycrates quidem fatum ſuum ' explevit: ego autem, poſito in medium ' dominatu, juris aequabilitatem vobis ' pronuncio: poſtulans tamen jure opti- ' mo mihi ipſi hos honores concedi, ut e ' pecunia Polycratis ſex talenta eximia ' mihi cedant; et praeterea Jovis Libera- ' toris (cui ego templum extruxi) ſacerdo- ' tium tam mihi ipſi, quam meis in per- ' petuum poſteris; et ſic libertatem vobis ' reſtituo.' Haec Maeandrius a Samiis po- ſtulabat. Tunc quidam ſurgens, ' Tu ve-

'ro, inquit, indignus es qui nobis impe-'res, tu qui malus extitisti, et es funestus, 'sed dignus potius qui pecuniarum, quas 'intervertisti, rationem reddas.' Haec Telesarchus (ita enim vocabatur) dixit, inter cives spectatus.

143. Quae Maeandrius animo accipiens, reputansque fore ut si ipse dominatum deponeret, alius quispiam in ejus locum tyrannus constitueretur, non deponendum sibi dominatum statuit: sed in arcem regressus, accitum unumquemque eorum, tanquam rationem pecuniarum redditurus, comprehendit, et in carcerem misit. Post haec, dum hi in vinculis sunt, Maeandrius morbo corripitur: quem decessurum credens frater, nomine Lycaretus, quo facilius Sami rerum potiretur, omnes vinctos interimit; neque enim videbantur velle liberi esse.

144. Igitur ubi Samum venere Per-

ἐξαναστὰς εἶπε, ‘ Ἀλλ᾽ ὐδ᾽ ἄξιος εἶ σύ γε ‘ ἡμέων ἄρχειν, γεγονώς τε κακὸς, καὶ ἐὼν ‘ ὄλεθρος· ἀλλὰ μᾶλλον ὅκως λόγον δώ‐ ‘ σεις τῶν μετεχείρισας χρημάτων.’ ταῦ‐ τα εἶπε, ἐὼν ἐν τοῖσι ἀστοῖσι δόκιμος, τῷ οὔνομα ἦν Τελέσαρχος [b].

ρμγ΄. Μαιάνδριος δὲ νόῳ λαβὼν ὡς εἰ μετήσει τὴν ἀρχὴν, ἄλλός τις ἀντ᾽ αὐτῦ τύραννος καταστήσεται, οὐ δή τι ἐν νόῳ εἶχε μετιέναι αὐτήν· ἀλλ᾽ ὡς ἀνεχώρησε ἐς τὴν ἀκρόπολιν, μεταπεμπόμενος ἕνα ἕκαστον ὡς δὴ λόγον τῶν χρημάτων δώσων, συνέλαβέ σφεας, καὶ κατέδησε. οἱ μὲν δὴ ἐδεδέατο. Μαιάνδριον δὲ μετὰ ταῦτα κατέλαβε νοῦσος· ἐλπίζων δέ μιν ἀποθανέεσθαι ὁ ἀδελφεὸς, τῷ ὔνομα ἔην Λυκάρητος, ἵνα εὐπετεστέρως κατάσχῃ τὰ ἐν τῇ Σάμῳ πρήγματα, κατακτείνει τὺς δεσμώτας πάντας. ὐ γὰρ δὴ, ὡς ἐοίκασι, ἐβϋλέατο εἶναι ἐλεύθεροι.

ρμδ΄. Ἐπειδὴ ὦν ἀπίκοντο ἐς τὴν Σά‐

[b] Τιλεσίαρχος.

μον οἱ Πέρσαι, κατάγοντες Συλοσῶντα, οὔτέ τι σφι χεῖρας ἀνταείρεται, ὑπόσπονδοί τε ἔφασαν εἶναι ἑτοῖμοι οἱ τοῦ Μαιανδρίου στασιῶται, καὶ αὐτὸς Μαιάνδριος, ἐκχωρῆσαι ἐκ τῆς νήσου. καταινέσαντος δὲ ἐπὶ τούτοισι Οτάνεω, καὶ σπεισαμένου, τῶν Περσέων οἱ πλεῖστου ἄξιοι θρόνους θέμενοι, κατεναντίον τῆς ἀκροπόλιος ἐκατέατο.

ρμε΄. Μαιανδρίῳ δὲ τῷ τυράννῳ ἦν ἀδελφεὸς ὑπομαργότερος, τῷ οὔνομα ἦν Χαρίλεως. οὗτος ὁτιδὴ ἐξαμαρτὼν, ἐν γοργύρῃ ἐδέδετο· καὶ δὴ τότε ἐπακούσας τε τὰ πρησσόμενα, καὶ διακύψας διὰ τῆς γοργύρης, ὡς εἶδε τοὺς Πέρσας εἰρηναίως κατημένους, ἐβόα τε καὶ ἔφη λέγων, Μαιανδρίῳ θέλειν ἐλθεῖν ἐς λόγους. ἐπακούσας δὲ ὁ Μαιάνδριος, λύσαντας αὐτὸν ἐκέλευε ἄγειν παρ' ἑωϋτόν· ὡς δὲ ἄχθη τάχιστα λοιδορέων τε καὶ κακίζων μιν, ἀνέπειθε ἐπιθέσθαι τοῖσι Πέρσῃσι, λέγων τοιάδε, ‘ Εμὲ μὲν, ὦ κάκιστε ἀνδρῶν, ἐόντα σεωϋτοῦ ἀδελφεὸν, καὶ

ſae, Syloſontem reducentes, nihil prorſum adverſus eos manum levavit, et ii qui ejuſdem Maeandrio factionis erant, ſe paratos eſſe ad ſe ſubmittendum data fide dixerunt; et ipſe Maeandrius ex inſula diſcedere. Approbante haec Otane, atque inito foedere, eminentiſſimi quique Perſarum poſitis ſellis e regione arcis ſedebant.

145. Erat autem Maeandrio frater ſubvecordior, nomine Charileus, qui ob quodcunque delictum in ſubterraneo loco erat alligatus. Hic quum audiſſet quae agebantur, et per ſpecum ſuſpiciens vidiſſet Perſas tranquille ſedentes, vociferando dicebat velle ſe in colloquium venire Maeandrii. Eum audiens Maeandrius, juſſit ſolutum ad ſe adduci. ubi adductus eſt, confeſtim conviciando maledicendoque illi ſuadebat ut impetum daret in Perſas: haec inquiens, ‘ Me tu, ô deter‘ rime virorum, qui ſum tuus frater, qui-

'que nihil vinculis dignum peccavi, in 'ſubterraneo carcere alligandum putaſti: 'Perſas autem, quos cernis te expellentes 'atque extorrem facientes, ulciſci non au-'des, tam faciles ad capiendum? Quos ſi 'tu reformidas, praebe mihi auxiliares, 'ut iſtos ob ſuum huc adventum ulciſcar: 'paratus etiam teipſum ex inſula ejicere.' Haec Charileus.

146. Quem ſermonem Maeandrius ſuſcepit, quantum ego ſentio, non quia eo inſipientiae veniſſet, ut putaret ſuas vires regiis ſuperiores eſſe: ſed invidens Syloſonti, ſi civitatem integram ſine labore eſſet accepturus. Irritatis igitur Perſis maluit res Samias debilitare, atque ita tradere, probe intelligens, Perſas ſi quid ipſis accideret ſaevituros eſſe in Samios, et ſibi tutum ſciens ex inſula exceſſum eſſe

" ἀδικήσαντα οὐδὲν ἄξιον δεσμοῦ, δήσας [a] γοργύρης ἠξίωσας; ὁρέων δὲ τοὺς Πέρσας ἐκβάλλοντάς τέ σε καὶ ἄνοικον ποιέοντας, οὐ τολμᾷς τίσασθαι, οὕτω δή τι ἐόντας εὐπετέας χειρωθῆναι; ἀλλ' εἴ τι σύ σφεας καταῤῥώδηκας, ἐμοὶ δὸς τοὺς ἐπικούρους, καί σφεας ἐγὼ τιμωρήσομαι τῆς ἐνθάδε ἀπίξιος· αὐτόν τέ σε ἐκπέμψαι ἐκ τῆς νήσου ἑτοῖμός εἰμι.' ταῦτα δὲ ἔλεξε ὁ Χαρίλεως.

ρμϛʹ. Μαιάνδριος δὲ ὑπέλαβε τὸν λόγον, ὡς μὲν ἐγὼ δοκέω, οὐκ ἐς τοῦτο ἀφροσύνης ἀπικόμενος, ὡς δόξαι τὴν ἑωϋτοῦ δύναμιν περιέσεσθαι τῆς βασιλέος, ἀλλὰ φθονήσας μᾶλλον Συλοσῶντι, εἰ ἀπονητὶ ἔμελλε ἀπολάμψεσθαι [b] ἀκέραιον τὴν πόλιν. ἐρεθίσας ὦν τοὺς Πέρσας, ἔθελε ὡς ἀσθενέστατα ποιῆσαι τὰ Σάμια πρήγματα, καὶ οὕτω παραδιδόναι· εὖ ἐξεπιστάμενος ὡς παθόντες οἱ Πέρσαι, προσεμπικρανέεσθαι [c] ἔμελλον τοῖσι Σαμίοισι· εἰδώς τε ἑωϋτῷ

[a] δῆσαι. [b] ἀπολάμψασθαι. [c] οἱ Πέρσαι κακῶς, προσεμπικρανέεσθαι.

ἀσφαλέα ἔκδυσιν ἐοῦσαν ἐκ τῆς νήσου τότε, ἐπεὰν αὐτὸς βούληται. ἐπεποίητο γάρ οἱ κρυπτὴ διῶρυξ ἐκ τῆς ἀκροπόλιος φέρουσα ἐπὶ θάλασσαν. αὐτὸς μὲν δὴ ὁ Μαιάνδριος ἐκπλέει ἐκ τῆς Σάμου. τοὺς δὲ ἐπικούρους πάντας ὁπλίσας ὁ Χαρίλεως καὶ ἀναπετάσας τὰς πύλας, ἐξῆκε ἐπὶ τοὺς Πέρσας, οὔτε προσδεκομένους τοιοῦτο οὐδὲν, δοκέοντάς τε δὴ πάντα συμβεβάναι. ἐμπεσόντες δὲ οἱ ἐπίκουροι, τῶν Περσέων τοὺς διφροφορευμένους τε καὶ λόγου πλείστου ἐόντας ἔκτεινον. καὶ οὗτοι μὲν ταῦτα ἐποίευν, ἡ δὲ ἄλλη στρατιὴ ἡ Περσικὴ ἐπεβοήθεε. πιεζεύμενοι [d] δὲ οἱ ἐπίκουροι ὀπίσω κατειλήθησαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν.

ρμζ. Οτάνης δὲ ὁ στρατηγὸς, ἰδὼν πάθος μέγα Πέρσας πεπονθότας, ἐντολάς τε τὰς Δαρεῖος ἀποστέλλων [e] ἐνετέλλετο, μήτε κτείνειν μηδένα Σαμίων, μήτε ἀνδραποδίζεσθαι, ἀπαθέα τε κακῶν ἀποδοῦναι τὴν νῆσον Συλοσῶντι, τουτέων μὲν τῶν

[d] πιεζόμενοι. [e] Δαρεῖος οἱ ἀποστέλλων.

quandocunque vellet. foderat enim ſibi occultum cuniculum, ex arce ferentem ad mare. itaque ipſe quidem Maeandrius e Samo enavigavit. Charileus autem, armatis cunctis auxiliariis, patefactiſque portis egreditur in Perſas nihil tale expectantes, ſed omnia conveniſſe exiſtimantes. Hos Perſas qui ſellas attulerant, et plurimi momenti erant, dato impetu auxiliarii occiderunt. Dum haec iſti agunt, ceterae Perſarum copiae auxilio veniunt; a quibus repulſi auxiliarii, rurſus in arcem ſe recipiunt.

147. Otanes imperator, cernens tantam cladem illatam Perſis, memor praeceptorum quae Darius eum mittens dederat, ne quem Samiorum aut occideret aut caperet, inſulamque immunem malorum Syloſonti traderet: horum dico prae-

ceptorum reminiſci neglexit, juſſitque milites ut quemque Samium adipiſcerentur, occidere, virum pariter et puerum. Tunc pars copiarum arcem obſidebat, pars obvium quemque ſine diſcrimine trucidabat, tam in delubro quam extra delubrum.

148. Maeandrius e Samo profugiens, Lacedaemonem navigavit. eo ubi pervenit, ac devexiſſet quae ſecum habens exceſſerat, id egit; poſtquam pocula argentea et aurea propoſuit, ſervi in eo erant, ut ea extergerent: interea ipſe Cleomenem, Anaxandridae filium, Spartae regem, colloquendo deducit ad aedes ſuas. Cleomenes ubi pocula vidit, prae admiratione attonitus erat. Maeandrius eum jubere, quaecunque liberet, illinc aſportare: idque quum bis et ter Maeandrius diceret, tamen Cleomenes virorum juſtiſſi-

ἐντολέων μεμνημένος ἐπελανθάνετο· ὁ δὲ παρήγγειλε τῇ στρατιῇ πάντα τὸν ἂν λάβωσι, καὶ ἄνδρα καὶ παῖδα, ὁμοίως κτενέειν. ἐνθαῦτα τῆς στρατιῆς οἱ μὲν τὴν ἀκρόπολιν ἐπολιόρκεον, οἱ δὲ ἔκτεινον πάντα τὸν ἐμποδὼν γινόμενον, ὁμοίως ἔν τε ἱρῷ καὶ ἔξω ἱρῦ.

ρκη'. Μαιάνδριος δ' ἀποδρὰς ἐκ τῆς Σάμου, ἐκπλέει ἐς Λακεδαίμονα. ἀπικόμενος δ' ἐς αὐτὴν, καὶ ἀνενεικάμενος τὰ ἔχων ἐξεχώρησε, ἐποίεε τοιάδε· ὅκως ποτήρια ἀργύρεά τε καὶ χρύσεα προθεῖτο, οἱ μὲν θεράποντες αὐτοῦ ἐξέσμων αὐτά. ὁ δ' ἂν τὸν χρόνον τοῦτον τῷ Κλεομένεϊ τῷ Αναξανδρίδεω ἐν λόγοισι ἐὼν, βασιλεύοντι Σπάρτης, προῆγέ μιν ἐς τὰ οἰκήϊα. ὅκως δὲ ἴδοιτο Κλεομένης τὰ ποτήρια, ἐπεθωΰμαζέ τε [a] καὶ ἐξεπλήσσετο· ὁ δὲ ἂν ἐκέλευε αὐτέων ἀποφέρεσθαι αὐτὸν ὅσα βούλοιτο. τοῦτο καὶ δὶς καὶ τρὶς εἴπαντος Μαιανδρίου, ὁ Κλεομένης δικαιότατος ἀν-

[a] ἀπεθωΰμαζέ τε.

δρῶν γίνεται· ὃς λαβεῖν μὲν διδόμενα οὐκ ἐδικαίευ· μαθὼν δὲ ὡς ἄλλοισι διδοὺς τῶν ἀςῶν εὑρήσεται τιμωρίην, βὰς ἐπὶ τοὺς ἐφόρυς, ἄμεινον εἶναι ἔφη τῇ Σπάρτῃ τὸν ξεῖνον τὸν Σάμιον ἀπαλλάσεσθαι ἐκ τῆς Πελοποννήσου, ἵνα μὴ ἀναπείσῃ ἢ αὐτὸν, ἢ ἄλλον τινὰ Σπαρτιητέων, κακὸν γενέσθαι. οἱ δ' ὑπακούσαντες ἐξεκήρυξαν Μαιάνδριον.

ρμθ'. Τὴν δὲ Σάμον σαγηνεύσαντες οἱ Πέρσαι, παρέδωσαν Συλοσῶντι, ἔρημον ἐῦσαν ἀνδρῶν· ὑςέρῳ μέντοι χρόνῳ καὶ συγκατοίκισε αὐτὴν ὁ ςρατηγὸς Οτάνης, ἔκ τε ὄψιος ὀνείρυ, καὶ νόσυ ἥ μιν κατέλαβε νοσῆσαι τὰ αἰδοῖα.

ρν'. Ἐπὶ δὲ Σάμον ςρατεύματος ναυτικῦ οἰχομένυ, Βαβυλώνιοι ἀπέςησαν, κάρτα εὖ παρεσκευασμένοι. ἐν ὅσῳ γὰρ ὅ, τε μάγος ἦρχε καὶ οἱ ἑπτὰ ἐπανέςησαν, ἐν τούτῳ παντὶ τῷ χρόνῳ καὶ τῇ ταραχῇ ἐς τὴν πολιορκίην παρεσκευάσαντο. καὶ

mus extitit, qui ea quae sibi donabantur, recipienda non putavit. Sed quum didicit eadem aliis civium Maeandrium elargientem punitum iri, aditis ephoris, dixit satius esse Spartae hospitem Samium e Peloponneso ablegari, ne aut ipsi aut alii cuipiam Spartanorum persuaderet fieri malum. Illi, Cleomeni obsequentes, Maeandrio indixerunt abitum.

149. Persae ubi diripuere Samum, Sylosonti tradiderunt viris desolatam. Interjecto tamen tempore etiam Otanes imperator frequentem incolis effecit, tum e visione insomnii, tum ex morbo, quo laboravit circa pudenda.

150. CETERUM, dum Samum nauticus proficiscitur exercitus, Babylonii rebellaverunt, rebus probe admodum comparatis. nam quamdiu magus imperavit, et septem insurrexerunt, per hoc omne tempus et per turbationem se ad feren-

dam obſidionem inſtruxerunt, et in his apparandis uſque latuerunt: verum ubi e profeſſo deſciverunt, haec ſibi facienda ſtatuerunt: Matribus exceptis mulierum unam, quam ſibi quiſque voluit, e domeſticis deligit; ceteras omnes contractas ſtrangularunt: illam vero unam quiſque ad panem pinſendum eligebat; ſtrangularunt autem eas, ne frumentum ipſorum abſumerent.

151. His rebus cognitis Darius collectis omnibus copiis adverſus eos contendit: et poſtquam pervenit, urbem obſidione cingit. Sed illi nihili pendere obſidionem. nam conſcenſis muri propugnaculis, tripudiare probraque ingerere Dario atque exercitui ejus; quorum quidam ita inquit, ‘ Quid hic deſidetis Perſae? quin potius abſceditis, quippe tunc ‘ expugnaturi nos, quum pepererint mu‘ lae.’ Hoc quidam Babyloniorum dice-

κῶς ταῦτα ποιεῦντες ἐλάνθανον. ἐπεί τε δὲ ἐκ τοῦ ἐμφανέος ἀπέςησαν, ἐποίησαν τοιόνδε· τὰς μητέρας ἐξελόντες, γυναῖκα ἕκαςος μίην προσεξαιρέετο, τὴν ἐβούλετο [b] ἐκ τῶν ἑωϋτοῦ οἰκηΐων· τὰς δὲ λοιπὰς ἁπάσας συναγαγόντες, ἀπέπνιξαν. τὴν δὲ μίην ἕκαςος σιτοποιὸν ἐξαιρέετο. ἀπέπνιξαν δὲ αὐτὰς, ἵνα μή σφεων τὸν σῖτον ἀναισιμώσωσι.

ρνα'. Πυθόμενος δὲ ταῦτα ὁ Δαρεῖος, καὶ συλλέξας ἅπασαν τὴν ἑωϋτοῦ δύναμιν, ἐςρατεύετο ἐπ' αὐτούς. ἐπελάσας δὲ ἐπὶ τὴν Βαβυλῶνα, ἐπολιόρκεε, φροντίζοντας οὐδὲν τῆς πολιορκίης. ἀναβαίνοντες γὰρ ἐπὶ τοὺς προμαχεῶνας τοῦ τείχεος οἱ Βαβυλώνιοι, κατωρχέοντο, καὶ κατέσκωπτον Δαρεῖον καὶ τὴν ςρατιὴν αὐτοῦ· καί τις αὐτῶν εἶπε τοῦτο τὸ ἔπος, ‘ Τί κάτησθε ‘ ἐνθαῦτα ὦ Πέρσαι, ἀλλ' οὐκ ἀπαλλάσ- ‘ σεσθε; τότε γὰρ αἱρήσετε ἡμέας ἐπεὰν ‘ ἡμίονοι τέκωσι.’ τοῦτο εἶπε τῶν τις Βα-

[b] τὴν ἂν ἐβούλετο.

ϐυλωνίων, οὐδαμᾶ ἐλπίζων ἂν ἡμίονον [a] τεκεῖν.

ρνϐʹ. Ἑπτὰ δὲ μηνῶν καὶ ἐνιαυτοῦ διεληλυθότος ἤδη, ὁ Δαρεῖός τε ἤσχαλε, καὶ ἡ στρατιὴ πᾶσα, οὐ δυνατὴ ἐοῦσα ἑλεῖν τοὺς Βαϐυλωνίους· καί τοι πάντα σοφίσματα καὶ πάσας μηχανὰς ἐπεποιήκεε ἐς αὐτοὺς Δαρεῖος. ἀλλ' οὐδ' ὣς ἐδύνατο ἑλεῖν σφέας· ἄλλοισί τε σοφίσμασι πειρησάμενος, καὶ δὴ καὶ τῷ Κῦρος εἷλέ σφεας, καὶ τούτῳ ἐπειρήθη. ἀλλὰ γὰρ δεινῶς ἔσαν ἐν φυλακῇσι οἱ Βαϐυλώνιοι, οὐδέ σφεας οἷός τε ἦν ἑλεῖν.

ρνγʹ. Ενθαῦτα εἰκοστῷ μηνὶ Ζωπύρῳ τῷ Μεγαϐύζου τοῦ, ὃς [b] τῶν ἑπτὰ ἀνδρῶν ἐγένετο τῶν τὸν μάγον κατελόντων, τούτῳ τῷ Μεγαϐύζου παιδὶ Ζωπύρῳ ἐγένετο τέρας τόδε· τῶν οἱ σιτοφόρων ἡμιόνων ἡ μίη ἔτεκε. ὡς δέ οἱ ἐξαγγέλθη, καὶ ὑπὸ ἀπιστίης αὐτὸς ὁ Ζώπυρος εἶδε τὸ βρέφος, ἀπείπας τοῖσι ἰδοῦσι μηδενὶ φράζειν τὸ γεγο-

[a] ἐλπίζων ἡμίονον. [b] Μεγαϐύζου, τούτου ὅς.

bat, credens nunquam parere mulam.

152. Anno ac ſeptem menſibus in obſidione conſumptis, jam Darium, atque univerſum exercitum, taedere quod Babylonios expugnare non poſſet; etſi adverſus illos omnia machinamenta atque omnes inſidias expertus, cum alias, tum illas quibus eoſdem Cyrus expugnaverat. Omnia haec fruſtra fuerunt, quia Babylonii vehementer excubiis incumbebant.

153. Sed quum ne ſic quidem capi poſſent, viceſimo quam circumvallati ſunt menſe, Zopyro, Megabyzi filio, unius e ſeptem viris qui magum ſuſtulerunt, hoc contigit portentum, ut quaedam mularum ejus quae frumentum ſubvectabant, pareret. Quod ubi ei renunciatum fuit, non credens, fetum ipſe inſpicere voluit; ſimulque vetans ſuos, qui viderant, cuipiam rem aperire, conſultabat, et ad illius

Babylonii verba, qui inter initia dixerat, poſtquam mulae peperiſſent, fore ut murus expugnaretur: ad hoc omen a Zopyro viſa eſt expugnabilis Babylon. divino enim numine et illum loquutum et ſibi mulam peperiſſe.

154. Igitur ubi viſum eſt fatale eſſe jam Babylonem capi, adiens Darium, ſciſcitatus eſt numquid perquam magni faceret expugnare Babylonem. Audiens perquam magni ab illo fieri, aliud conſultat, quomodo ipſe foret urbis expugnator, et ſuum hoc eſſet opus. bene geſta enim apud Perſas permultum ad incrementa magnitudinis valent. Alio quidem nullo opere illam ſe facere opus manuum ſuarum poſſe cogitabat, quam ſi a ſeipſo mutilatus ad illos transfugeret. Tum igitur parvi pendens ſeipſum inſanabili mutilatione afficit. quippe naſum ſibi

νὸς, ἐβȣλεύετο. καὶ οἱ πρὸς τὰ τȣ̃ Βαβυλωνίου ῥήματα, ὃς κατ᾽ ἀρχὰς ἔφησε, ἐπεάν περ ἡμίονοι τέκωσι, τότε τὸ τεῖχος ἁλώσεσθαι, πρὸς ταύτην τὴν Φήμην Ζωπύρῳ ἐδόκεε ἁλώσιμος εἶναι ἡ Βαβυλών. σὺν γὰρ θεῷ ἐκεῖνόν τε εἰπεῖν, καὶ ἑωϋτῷ τεκεῖν τὴν ἡμίονον.

ρνδ´. Ὡς δέ οἱ ἐδόκεε μόρσιμον εἶναι ἤδη τῇ Βαβυλῶνι ἁλίσκεσθαι, προσελθὼν Δαρείῳ ἀπεπυνθάνετο εἰ περὶ πολλȣ̃ κάρτα ποιέεται τὴν Βαβυλῶνα ἑλεῖν. πυθόμενος δὲ ὡς πολλȣ̃ τιμῷτο, ἄλλο ἐβȣλεύετο, ὅκως αὐτός τε ἔςαι ὁ ἑλὼν αὐτὴν, καὶ ἑωϋτοῦ τὸ ἔργον ἔςαι. κάρτα γὰρ ἐν τοῖσι Πέρσησι αἱ ἀγαθȣργίαι ἐς τὸ πρόσω μεγάθεος τιμῶνται. ἄλλῳ μὲν οὐκ [c] ἐφράζετο ἔργῳ δυνατὸς [d] εἶναί μιν αὐτοχειρίην ποιῆσαι [e], εἰ δ᾽ ἑωϋτὸν λωβησάμενος αὐτομολήσειε ἐς αὐτούς. ἐνθαῦτα ἐν ἐλαφρῷ ποιησάμενος ἑωϋτὸν λωβᾶται λώβην ἀνήκεςον· ἀποταμὼν γὰρ ἑωϋτοῦ

[c] ἄλλῳ μὲν γὰρ οὐκ. [d] δυνατὸν. [e] αὐτοχειρίῃ ποιῆσαι.

τὴν ῥῖνα καὶ τὰ ὦτα, καὶ τὴν κόμην κακῶς περικείρας, καὶ μαστιγώσας, ἦλθε παρὰ Δαρεῖον.

ρνέ. Δαρεῖος δὲ κάρτα βαρέως ἤνεγκε, ἰδὼν ἄνδρα δοκιμώτατον λελωβημένον· ἔκ τε τοῦ θρόνου ἀναπηδήσας, ἀνέβωσέ τε καὶ εἴρετό μιν ὅστις εἴη ὁ λωβησάμενος, καὶ ὅ,τι ποιήσαντα· ὁ δὲ εἶπε, ‘ Οὐκ ἔστι οὗ-‘ τος ὤνηρ ὅτι μὴ σὺ, τῷ ἔστι δύναμις το-‘ σαύτη ἐμὲ δὴ ὧδε διαθεῖναι. οὔτέ τις ἀλ-‘ λοτρίων, ὦ βασιλεῦ, τάδε ἔργασται, ἀλλ' ‘ αὐτὸς ἐγὼ ἐμεωϋτόν· δεινόν τι ποιεύμε-‘ νος Ἀσσυρίους Πέρσῃσι καταγελᾶν.’ ὁ δ' ἀμείβετο, ‘ Ω σχετλιώτατε ἀνδρῶν, ‘ ἔργῳ τῷ αἰσχίστῳ οὔνομα τὸ κάλλιστον ἔ-‘ θευ, φὰς διὰ τοὺς πολιορκεομένους [a] σεωϋ-‘ τὸν ἀνηκέστως διαθεῖναι. τί, ὦ [b] μάταιε, ‘ λελωβημένου σεῦ, θᾶσσον οἱ πολέμιοι ‘ παραστήσονται; πῶς οὐκ ἐξέπλωσας τῶν ‘ φρενῶν, σεωϋτὸν διαφθείρας;’ ὁ δὲ εἶπε, ‘ Εἰ μέν τοι ὑπερετίθεα τὰ ἔμελλον ποι-

[a] πολιορκευμένης. [b] τί δ' ὦ.

praecidit aureſque, comamque deformiter circumtondit, et ſe flagris cecîdit: atque ita ad Darium perrexit.

155. Quem ille intuens, virum videlicet ſpectatiſſimum mutilatum, adeo graviter tulit ut exiliens e ſolio exclamaret, interrogando quis eum et ob quod facinus mutilaſſet. Ad eum reſpondens Zopyrus, 'Nemo, inquit, ille vir eſt praeter te, cujus tanta potentia eſt, ut ita me poſſis afficere. neque alienus quiſpiam, ô rex, haec mihi fecit, ſed ipſe ego: quod indigno animo fero Aſſyrios Perſis illudere.' Cui reſpondit, 'O virorum miſerrime, turpiſſimo facto pulcherrimum nomen impoſuiſti, inquiens propter eos qui obſidentur, temetipſum indigne laceraſſe. Numquid, ô demens, te mutilato hoſtes citius deditionem facient? quomodo non teipſum lanians mente excidiſti?' Ad eum Zopyrus, 'Si-

'quidem, inquit, prodidiſſem, quae eram 'facturus, tu mihi non permiſiſſes: nunc 'memet ego adhibens, id feci. Itaque 'jam Babylonem capimus, niſi tu tuis de-'eris. ego enim ita uti ſum ad murum 'pro transfuga ibo, dicamque illis me haec 'abs te eſſe paſſum: et opinor, ubi per-'ſuaſero illis haec ita habere, militiae ſi-'am particeps. At tu decimo die quàm 'murum fuero ingreſſus, mille milites ex 'eo genere cujus jactura nihil admodum 'damni fiat, colloca ad portas quae vo-'cantur Semiramis: rurſus interjectis ſep-'tem diebus, colloca mihi alia duo millia 'ad portas quae dicuntur Niniorum: at-'que tertio, viginti diebus interjectis, e re-'gione portarum quae dicuntur Chal-'daeorum, alios ſtatue, numero quatuor 'millia: ſed neque priores neque poſte-'riores habeant quo ſe defendant, praeter

' ἤσειν, οὐκ ἄν με περιεῖδες· νῦν δ' ἐπ'
' ἐμεωϋτοῦ βαλλόμενος, ἔπρηξα. ἤδη ὦν
' ἦν μὴ τῶν σῶν δεήσῃ, αἱρέομεν Βαβυλῶ-
' να· ἐγὼ μὲν γὰρ ὡς ἔχω, αὐτομολήσω
' ἐς τὸ τεῖχος, καὶ φήσω πρὸς αὐτοὺς ὡς
' ὑπὸ σεῦ τάδε ἔπαθον, καὶ δοκέω, πείσας
' σφέας ταῦτα ἔχειν οὕτω, τεύξεσθαι στρα-
' τιῆς. σὺ δὲ, ἀπ' ἧς ἂν ἡμέρης ἐγὼ ἐσέλ-
' θω ἐς τὸ τεῖχος, ἀπὸ ταύτης ἐς δεκά-
' την ἡμέρην τῆς σεωϋτοῦ στρατιῆς, τῆς οὐ-
' δεμίη ἔσται ὤρη ἀπολλυμένης, ταύτης [c]
' χιλίους τάξον κατὰ τὰς Σεμιράμιος κα-
' λεομένας πύλας· μετὰ δὲ, αὖτις ἀπὸ
' τῆς δεκάτης ἐς ἑβδόμην, ἄλλους μοι τά-
' ξον δισχιλίους κατὰ τὰς Νινίων καλεο-
' μένας πύλας. ἀπὸ δὲ τῆς ἑβδόμης δια-
' λιπὼν εἴκοσι ἡμέρας, καὶ ἔπειτα ἄλλους
' κάτισον, ἀγαγὼν κατὰ τὰς Χαλκιδέων
' καλεομένας πύλας, τετρακισχιλίους. ἐ-
' χόντων δὲ μήτε οἱ πρότεροι μηδὲν τῶν
' ἀμυνέων, μήτε οὗτοι, πλὴν ἐγχειριδί-

[c] ταύτῃ.

‘ ων. τοῦτο δὲ ἐᾷν ἔχειν. μετὰ δὲ τὴν
‘ εἰκοστὴν ἡμέρην, ἰθέως τὴν μὲν ἄλλην
‘ στρατιὴν κελεύειν πέριξ προσβάλλειν πρὸς
‘ τὸ τεῖχος· Πέρσας δέ μοι τάξον κατά
‘ τε τὰς Βηλίδας καλεομένας πύλας καὶ
‘ Κισσίας. ὡς γὰρ ἐγὼ δοκέω, ἐμέο με-
‘ γάλα ἔργα ἀποδεξαμένου, τά τε ἄλλα
‘ ἐπιτρέψονται ἐμοὶ Βαβυλώνιοι, καὶ δὴ καὶ
‘ τῶν πυλέων τὰς βαλανάγρας· τὸ δ' ἐν-
‘ θεῦτεν, ἐμοί τε καὶ Πέρσῃσι μελήσει τάδε
‘ ποιέειν.’

ρνϛ΄. Ταῦτα ἐντειλάμενος ἤϊε ἐπὶ τὰς πύλας, ἐπιστρεφόμενος ὡς δὴ ἀληθέως αὐτόμολος· ὁρέωντες δὲ ἀπὸ τῶν πύργων οἱ κατὰ τοῦτο τεταγμένοι, κατέτρεχον κάτω· καὶ ὀλίγον τι παρακλίναντες τὴν ἑτέρην πύλην, ἠρώτεον τίς τε εἴη, καὶ ὅτευ δεόμενος ἥκοι. ὁ δέ σφι ἠγόρευε ὡς εἴη τε Ζώπυρος, καὶ αὐτομολέοι ἐς ἐκείνους. ἦγον δή μιν οἱ πυλωροὶ, ταῦτα ὡς ἤκουσαν, ἐπὶ τὰ κοινὰ τῶν Βαβυλωνίων. καταστὰς δὲ

'gladios: hoc tantum ſinas eos habere. 'Poſt diem viceſimum reliquas copias 'jube recta muros undique ſubire. Ve- 'rum ad portas quae Belides ac Ciſſiae 'vocantur Perſas mihi ſtatuito. etenim '(ut ego arbitror) Babylonii mihi, qui 'magna opera ediderim, committent cum 'alia, tum vero portarum claves. illinc 'mihi atque Perſis curae erit operam na- 'vare.'

156. Haec ubi mandavit, ad portas perrexit, ſubinde reſpectans tanquam vere perfuga. Eo conſpecto qui in turribus ad id diſpoſiti erant, deorſum decurrerunt, et alteram portam aliquantulum reclinantes, ſciſcitabantur quiſnam eſſet, et cujus rei indigens veniret. Quumque hic dixiſſet ſe Zopyrum eſſe, et ſe ad illos transfugere, eum ad Babyloniorum magiſtratus deduxerunt. Ante quos ubi ſtetit

Zopyrus, conditionem ſuam miſerabatur, referens a Dario ſe paſſum quae a ſemetipſo paſſus erat; idque ob eam cauſſam quod ſuaſiſſet illi diſcedere cum exercitu, quoniam nulla via oſtenderetur urbis expugnandae. ' At nunc, inquit, ad vos venio, Babylonii, futurus vobis maximo bono, Dario autem et copiis et Perſis maximo malo. Neque enim quod ita me mutilavit feret impune, quum habeam exploratos omnes conſiliorum ejus exitus.' Haec Zopyrus commemorabat.

157. Quem Babylonii virum apud Perſas ſpectatiſſimum cernentes naſo atque auribus privatum, vibicibus ac ſanguine conſperſum, exiſtimantes omnino vera eum loqui, et ad ipſos venire ſocium, parati erant ad committenda ei quaecunque poſtulabat. Poſtulabat autem copias militum: quod ubi ab illis accepit, perfecit ea quae cum Dario conſtituerat.

ἐπ' αὐτὰ, κατοικτίζετο, φὰς ὑπὸ Δαρείου πεπονθέναι τὰ ἐπεπόνθεε [d] ὑπ' ἑωϋτοῦ· παθεῖν δὲ ταῦτα διότι συμβουλεῦσαί οἱ ἀπανιστάναι τὴν στρατιὴν, ἐπεί τε δὲ οὐδεὶς [e] πόρος ἐφαίνετο τῆς ἁλώσιος. ‘ Νῦν ‘ τε (ἔφη λέγων) ἐγὼ ὑμῖν, ὦ Βαβυλώ‘ νιοι, ἥκω μέγιστον ἀγαθὸν, Δαρείῳ δὲ καὶ ‘ στρατιῇ καὶ Πέρσῃσι μέγιστον κακόν. οὐ γὰρ ‘ δὴ, ἐμέ γε ὧδε λωβησάμενος, καταπροΐ‘ ξεται· ἐπίσταμαι δ' αὐτοῦ πάσας τὰς ‘ διεξόδους τῶν βουλευμάτων.’ τοιαῦτα ἔλεγε.

ρνζ. Οἱ δὲ Βαβυλώνιοι ὁρέοντες ἄνδρα τῶν ἐν Πέρσῃσι δοκιμώτατον ῥινός τε καὶ ὤτων ἐστερημένον, μάστιξί τε καὶ αἵματι ἀναπεφυρμένον, πάγχυ ἐλπίσαντες λέγειν μιν ἀληθέα, καί σφι ἥκειν σύμμαχον, ἐπιτράπεσθαι ἑτοῖμοι ἔσαν τῶν ἐδέετο σφέων· ἐδέετο δὲ στρατιῆς. ὁ δὲ, ἐπεί τε αὐτέων τοῦτο παρέλαβε, ἐποίεε τά περ τῷ Δαρείῳ συνεθήκατο. ἐξαγαγὼν γὰρ τῇ δεκά-

[d] πεπόνθει. [e] ἐπεί τε οὐδείς.

τῇ ἡμέρῃ τὴν στρατιὴν τῶν Βαβυλωνίων, καὶ κυκλωσάμενος τοὺς χιλίους, τοὺς πρώτους ἐνετείλατο Δαρείῳ τάξαι, τούτους κατεφόνευσε. μαθόντες δέ μιν οἱ Βαβυλώνιοι τοῖσι ἔπεσι τὰ ἔργα παρεχόμενον ὁμοῖα, πάγχυ περιχαρέες ἐόντες, πᾶν δὴ ἑτοῖμοι ἔσαν ὑπηρετέειν. ὁ δὲ, διαλιπὼν ἡμέρας τὰς συγκειμένας, αὖτις ἐπιλεξάμενος τῶν Βαβυλωνίων, ἐξήγαγε καὶ κατεφόνευσε τῶν Δαρείου στρατιωτέων τοὺς δισχιλίους. ἰδόντες δὲ καὶ τοῦτο τὸ ἔργον οἱ Βαβυλώνιοι, πάντες Ζώπυρον εἶχον ἐν στόμασι αἰνέοντες. ὁ δὲ, αὖτις διαλιπὼν τὰς ἐγκειμένας ἡμέρας, ἐξήγαγε ἐς τὸ προειρημένον· καὶ κυκλωσάμενος κατεφόνευσε τοὺς τετρακισχιλίους. ὡς δὲ καὶ τοῦτο κατέργαστο, πάντα δὴ ἦν ἐν τοῖσι Βαβυλωνίοισι Ζώπυρος, καὶ στρατιάρχης [a] τε οὗτός σφι καὶ τειχοφύλαξ ἀπεδέδεκτο.

ρνη΄. Προσβολὴν δὲ Δαρείου κατὰ τὰ συγκείμενα ποιευμένου πέριξ τὸ τεῖχος,

[a] στράταρχης.

Siquidem decimo die eductis Babyloniorum copiis, mille Persas quos collocari primos Dario mandarat, circumventos trucidavit. Eum Babylonii animadvertentes consentanea verbis facta praestare, majorem in modum laetabantur, parati omni in re homini parere. Iste rursus interjectis diebus de quibus erat conventum, cum delectis Babyloniorum egressus, duo millia Darii militum interfecit. Babylonii cernentes hoc etiam opus, nihil aliud quam Zopyrum in ore omnes habere, laudibus tollere. Hic rursus constitutis diebus supersedens ad id quod praedixerat copias educit, circumventaque quatuor millia occidit: quo et ipso opere edito, Zopyrus omnia apud Babylonios erat, adeo ut et dux exercitus et murorum custos declararetur.

158. Ubi vero e composito Darius copias undique muris admovit, ibi Zopy-

rus dolum omnem patefecit. nam quum Babylonii conscenso muro copias Darii adorientes arcerent, ipse apertis portis quas Cissias ac Belidas vocant, Persas intra murum introduxit. Ex Babyloniis, qui id factum videbant, alii quidem in templum Jovis Beli fugerunt: qui non videbant, hi in suo quisque loco permanserunt, donec et ipsi se proditos intellexerunt.

159. Ita Babylon iterum capta est. qua potitus Darius et muros ejus circumevertit, et portas omnes detraxit: quorum neutrum Cyrus fecerat prius eidem a se captae. Babyloniorum quoque procerum tria millia patibulis affixit, data ceteris venia urbem incolendi. Atque ut iidem uxores haberent unde succresceret suboles, providit. nam feminas proprias Babylonii (ut superius demonstratum est) rei

ἐνθαῦτα δὴ πάντα τὸν δόλον ὁ Ζώπυρος ἐξέφαινε. οἱ μὲν γὰρ δὴ Βαβυλώνιοι ἀναβάντες ἐπὶ τὸ τεῖχος, ἠμύνοντο τὴν Δαρείου στρατιὴν προσβάλλουσαν· ὁ δὲ Ζώπυρος τάς τε Κισσίας καὶ Βηλίδας καλεομένας πύλας ἀναπετάσας, ἐσῆκε τοὺς Πέρσας ἐς τὸ τεῖχος. τῶν δὲ Βαβυλωνίων οἳ μὲν εἶδον τὸ ποιηθὲν, οὗτοι ἔφευγον ἐς τοῦ Διὸς τοῦ Βήλου τὸ ἱερόν· οἳ δὲ οὐκ εἶδον, ἔμενον ἐν τῇ ἑωϋτοῦ τάξι [b] ἕκαστος, ἐς ὃ δὴ καὶ οὗτοι ἔμαθον προδεδομένοι.

ρνθʹ. Βαβυλὼν μέν νυν οὕτω τοδεύτερον αἱρέθη. Δαρεῖος δὲ ἐπεί τε ἐκράτησε τῶν Βαβυλωνίων, τοῦτο μὲν, σφέων τὸ τεῖχος περιεῖλε, καὶ τὰς πύλας πάσας ἀπέσπασε. τὸ γὰρ πρότερον ἑλὼν Κῦρος τὴν Βαβυλῶνα, ἐποίησε τουτέων οὐδέτερον. τοῦτο δὲ, ὁ Δαρεῖος τῶν ἀνδρῶν τοὺς κορυφαίους μάλιστα ἐς τρισχιλίους ἀνεσκολόπισε, τοῖσι δὲ λοιποῖσι Βαβυλωνίοισι ἀπέδωκε τὴν πόλιν οἰκέειν. ὡς δ' ἕξουσι γυναῖκας οἱ Βαβυλώ-

[b] τάξει.

νιοι, ἵνά σφι γένεα ὑπογίνηται, τάδε Δαρεῖος προϊδὼν ἐποίησε. τὰς γὰρ ἑωϋτῶν, ὡς καὶ κατ' ἀρχὰς δεδήλωται, ἀπέπνιξαν οἱ Βαβυλώνιοι, τοῦ σίτου προορέωντες. ἐπέταξε τοῖσι περιοίκοισι ἔθνεσι γυναῖκας [c] ἐς Βαβυλῶνα κατιστάναι, ὅσασδὴ ἑκάστοισι ἐπιτάσσων, ὥστε πέντε μυριάδων τὸ κεφαλαίωμα τῶν γυναικῶν συνῆλθε. ἐκ τουτέων δὲ τῶν γυναικῶν οἱ νῦν Βαβυλώνιοι γεγόνασι.

ρξ'. Ζωπύρου δὲ οὐδεὶς ἀγαθοεργίην Περσέων ὑπερεβάλετο παρὰ Δαρείῳ κριτῇ, οὔτε τῶν ὕστερον γενομένων, οὔτε τῶν πρότερον, ὅτι μὴ Κῦρος μοῦνος· τούτῳ γὰρ οὐδεὶς Περσέων ἠξίωσέ κω ἑωϋτὸν συμβαλέειν. πολλάκις δὲ Δαρεῖον λέγεται γνώμην τήνδε ἀποδέξασθαι, ὡς βούλοιτο ἂν Ζώπυρον εἶναι ἀπαθέα τῆς ἀεικείης μᾶλλον, ἢ Βαβυλῶνάς οἱ εἴκοσι πρὸς τῇ ἐούσῃ προσγενέσθαι. ἐτίμησε δέ μιν μεγάλως. καὶ γὰρ δῶρά οἱ ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐδίδου ταῦτα τὰ Πέρσῃσι ἐστὶ τιμιώτατα, καὶ τὴν Βαβυλῶνά

c MS. habet γυναῖκα, et mox omittit ἑκάστοισι.

frumentariae confulentes, ftrangulaverant. Itaque Darius vicinis circum populis negotium dedit ut feminas Babylone exhiberent, injungens fingulis numerum. In fumma igitur quinquaginta millia feminarum convenerunt. ex quibus qui nunc funt Babylonii originem duxerunt.

160. Zopyri autem factorum praeftantiam nemo Perfarum, Darii judicio, fupergreffus eft, neque eorum qui prius, neque eorum qui pofterius extiterunt, praeter unum Cyrum: cui comparari nullus unquam Perfarum dignum fe exiftimavit. Ferturque Darius hoc dictum faepenumero ufurpaffe, praeoptaturum fe, Zopyrum nihil effe cladis paffum, quam viginti fibi Babylones ultra illam quam haberet acquiri. Egregie vero eum remuneratus eft, cum dando quotannis dona, quae apud Perfas funt honorificentiffima, tum tradita Babylone immuni, quoad vi-

veret, in peculiarem portionem; ſed et alia multa inſuper dedit. Hujus Zopyri filius fuit Megabyzus, qui dux exercitus extitit in Aegypto adverſus Athenienſes et ſocios: atque hujus Megabyzi filius Zopyrus ille, qui ad Athenienſes transfugit a Perſis.

THALIAE,
SIVE
TERTII LIBRORUM HERODOTI
FINIS.

οἱ ἔδωκε ἀτελέα νέμεσθαι μέχρι τῆς ἐκείνου ζόης· καὶ ἄλλα πολλὰ ἐπέδωκε [d]. Ζωπύρου δὲ τούτου γίνεται Μεγάβυζος, ὃς ἐν Αἰγύπτῳ ἀντία Ἀθηναίων καὶ τῶν συμμάχων ἐστρατήγησε· Μεγαβύζου δὲ τούτου γίνεται Ζώπυρος, ὃς ἐς Ἀθήνας ηὐτομόλησε ἐκ Περσέων.

[d] ἀπέδωκε.

ΤΟ ΤΗΣ
ΘΑΛΕΙΑΣ,
Ἡ
ΤΟΥ ΤΡΙΤΟΥ ΤΩΝ ἩΡΟΔΟΤΟΥ
ΤΕΛΟΣ.

LB